Item quia in tantam veſaniam plerūqꝫ prorumpit quorūdā ꝑuerſitas peruerſorū. vt auſu ſacrilego clericos ⁊ eccleſiaſticas ꝑſonas non ſine violenta manuū iniectione dānabiliter capere et captiuos detinere execrabiliter nō formidāt. Statuimus vt clericorꝫ captiuatores quicūqꝫ fuerint aut cuiuſcūqꝫ dignitatis aut conditionis cū omnibus conſiliū auxiliꝫ opem vel opaꝫ adhibentibus ꝑ omnes eccleſias conuentuales ꝑrochiales et capellas ciuitatꝭ ⁊ dioceſ colon̄. cū ipſo facto excōicatiōe canonis ſint ligati excōicati noīatim. ſi eorꝫ noīa ſciri poterūt Alioquin in genere publice nuncientur donec captiuus ſit liberatus ⁊ de forefacto fuerit leſo nobis et eccleſie ſatiſfactum. Et ſi infra octo dies poſt hmōi denūciationē captiuus nō fuerit liberatus. extunc iidem captiuatores cū adhibentibus cōſiliū auxiliū opeꝫ vel opaꝫ vt ꝑdictum eſt noīatim. quorū noīa ſciri potuerint. alioquin in genere ſingulis diebus dominicis et feſtiuis cāpanis pulſatis et candelis extinctis ꝑ eaſdem eccleſias et capellas excōmunicati ſolenniter et publice nūcientur. Idemqꝫ obſeruetur ſi captiuo liberato non fuerit leſo nobis et eccleſie infra menſeꝫ ſatiſfactum. Et nihilominus euitentur donec per auctoritatem apoſtolicam abſoluantur.

Proceſſus cauſe contra eoſdem.

Item ſtatuimus ꝙ in omni loco videlicꝫ ciuitate opido caſtro ſeu munitiōe vel villa vel alio quocūqꝫ nomine vocetur vbi clericus captiuus fuerit adductus recept⁹ vel detentus eodem die cum ibi deductus receptus vel detentus fuerit. et quamdiu ibidem extiterit ceſſetur penitus a diuinis. et ſit ipſe locus ipſo facto eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et ſi ꝑ triduū ibidem manſerit captiuus nec fuerit liberatus. locus ipſe quāuis poſtmodum captiuus de eodem fuerit deduct⁹ nihilominus maneat interdict⁹. donec captiuus liberetur et modo premiſſo fuerit ſatiſfactum. Ut ſic tam nobiles ꝙ̄ magnates ⁊ etiā populares cū plebe cōtra malefactores et ſacrilegos hmōi ex diuinorꝫ carentia prouocati conſurgāt ad liberationē illius qui auſu ſacrilego captiuus detinetur auxilium preſtituri

Ad idem.

Item ſi ꝓpter captiuitatem et detentionem clerici captiui locus vbi detinet᷑. vel vbi captiuans habet domiciliū per menſem vnū māſerit interdictus. ita ꝙ clericus liberatus non fuerit nec alias ſatiſfactū. extunc interdictū ipm ad totum decanatum in quo ille locus ꝯſiſtit extendatur et ſit ipſe decanatus totus interdictus.

Ad idem

Item ſi hmōi interdicto durante ꝑ quindenā clericus captiuus nō fuerit liberatus. extūc ſi nobilis fuerit vel potēs vel alius quicūqꝫ hñs terrā iuriſdictionē vel diſtrictū qui clericuꝫ captiuauit vel detinet terra et diſtrictus eius vbicunqꝫ fuerit eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Et idē interdictū eaſdēqꝫ penā obſeruet᷑. Si dñs aut nobilis vel alius quicūqꝫ in cuius diſtrictu vel iuriſdictione captiuans vel detinens clericum

quãuis ab alio captiuatũ habuerit do/
micilium vel receptaculuz monitus ab
ordinario loci infra quidenã a die mo/
nitionis facte ipm clericum nõ procu/
rauerit liberari.

Ad idem

Item poſtq̃ captiuans clericum vel de
tinẽs captiuatũ ꝑ duos mẽſes in excõi
catione ꝑſtiterit clerico nõ liberato.om
nis locus ad quẽ captiuãs vel detinẽs
ꝑuenerit vel vbi tranſierit ibidẽ come/
dendo vel bibendo ſit per continuum
ſequẽs triduũ interdictus. Sic ꝛ ꝑ ſe/
ptem ſequẽtes dies ſit interdictus vbi
ipm contigerit pernoctare.

Ne filij vel filie clericos captiuantium
et ꝑ ãnũ excõicatoꝝ ad ordines vel ad
beneficia eccleſiaſtica admittantur.

Itẽ ſi captiuans clericũ vel religioſuz
ac ſacrilegus hmõi penis ſupdictis vi/
lipenſis congrua ſatiſfactione neglecta
per annũ vnũ in excõicatione hmõi ꝑ/
durare animo preſumpſerit obſtinato.
Statuimus vt nulli de filijs filiab9 fra
tribus et ſororibus. filijs vel filiabus
fratrũ vel ſororũ vſq; ad tertiũ graduz
incluſiue linea deſcendenti et collatera
li et illi etiã qui ad huiuſmodi captiui/
tatem opem vel opam impenderũt vel
captiuũ clericum in ſuis domicilijs de/
tinuerunt ad ordines ſeu beneficia.aut
etiam prelaturas admittant. Cũ ex de/
licto parẽtũ ipo facto reddant inabiles
ad hmõi cõſequenda ſub pena excõica/
tionis late ſententie ſtatuentes et mã/
dantes examinatoribus clericorũ capi/
tulis patronis et archid.ac prelatis vt
nullũ ex talibus ad ordines admittant
Capitula nullũ ex eis ad pbẽdã eligãt
patroni nullũ ex eis pñtent. Archidia/
coni ac prelati tales nõ inueſtiãt vllo
modo Alioquin capitula patroni et ar/
chidiaconi ac prelati ipo facto ius ſuuz
amittant ea vice et ad proximum ſupe/
riorem deuoluatur. Examinatores ve/
ro et archid.aliquẽ ex talibus ſcienter
ad ordines vel bñficia admittẽtes ipo
facto ſniaz excõicationis incurrãt. De
filiabus ſororibus et filiabus ſororũ.et
filiarũ predictaꝝ vſq; ad gradũ pdictũ
ſtatuimus obſeruanduz vt in clauſtris
vel cenobijs cuiuſcũq; ordinis nulla te/
nus admittantur.

Ad idem

Idem etiã quo ad excluſionẽ hmõi in fi
liabus nepotibus et neptibus coꝝ qui
eccleſias vel monaſteria incenderint.ſi
ꝑ ãnũ in excõicatiõe neglecta ſatiſfacti/
one perſtiterint contumaciter cõtra ta
les ſtatuimus obſeruandũ.

Ad idem

Euda etiaz ſi q̃ pdicti ſacrilegi
ab eccleſijs vel eccleſiaſtic. ꝑſo
nis tenuerint. poſt lapſum ãni
ꝑ quẽ excõicationez ſuſtinuerũt ad ec
cleſias ꝛ ꝑſonas eccleſiaſticas libere re
uertãt.ita vt ſi ipi ſacrilegi vltra ſe de
hmõi feudis ingeſſerint cõtra eos tãq;
bonoꝝ inuaſores eccleſie procedat.

Mitigatio pro fratribus et ſororib9
ac alijs ꝑſonis ſi ſe voluerint infra an/
num expurgare.

Item volẽtes vt fratres et ſorores fi
lij et filie fratrũ et ſororũ.ꝛ alij in linea
collaterali gradus ſupdicti q ſacrilegis
et excõicatis hmõi in ſuis maleficijs nõ
aſſiſtũt nec aſtiterũt.et ad ipa maleficia
opem vel opaz aut fauorẽ nõ impende
rũt nec ĩpendũt ſine culpa coꝝ aut ſine
cauſa nõ grauentur ex maleficijs alioꝝ
Statuim9 vt ijdẽ fratres et ſorores fi
lij et filie fratrũ et ſororuz et alie ꝑſone
linee collateralis penis ſupdictis quo
ad excluſionẽ ab ordinib9 et beneficijs
et platuris nõ ſubiaceãt nec aſtringant
eiſdẽ ſi infra eundem annuz corã nobis
aut capitulo et prioribus Colon ſe cau

nonice expurgauerint quilibꝫ quarta manu ꝙ ꝓdictis ſacrilegis et hmōi maleficijs cōſilio vel auxilio ope vel opa nō aſtiterūt et iuramēto corꝑali firmauerint ꝙ eis vlteri⁹ nō aſtabūt.

Si clericū in alia dioceſi capi vel in iſta captū ad aliā dioceſiꝫ deduci ꝯtigat

Ct ſtatuimus vt ſi clericū Coloñ ciuitatis aut diocez in alia dioceſi capi contingat vel in nr̄a ciuitate aut dioceſi captum ad aliā dioceſiꝫ deduci vel tranſferri ꝙ ꝑ capitulū et priores Coloñ. ac alia capitula ad liberationē captiui et ad procedendū ꝯ ſacrilegū illi⁹ dioceſis q̄ in hoc culpabilis fuerit apud loci dioceſanū affectuoſe laborēt vt hoc viſuꝫ fuerit expedire.

Cōtra occiſoēs et mutilatoēs clericoꝝ

Tem de occiſorib⁹ et mutilatorib⁹ clericorū et clericos in captiuitate vſqꝫ ad mortem detinētib⁹ ſeu alias enormiter ledentib⁹. Statuim⁹ vt ꝑ oēs eccleſias cōuētuales ꝓchiales et capellas ciuitatis et diocez Coloñ ipi occiſores et mutilatores et oēs opē et opaꝫ ſeu conſiliū ad hoc adhibētes ſingulis diebus dñicis et feſtiuis cāpanis pulſatis ⁊ cādelis extinctis noīatim quoꝝ noīa ſciūtur/ alioqn in genere excōicati denūciētur ⁊ ab oīb⁹ artius euitādi donec ſufficienter ſatiſfecerint et a ſede aplīca redierint abſoluti ¶ Preterea locus oīs ad queꝫ venerint ſit interdictus q̄ꝫ diu ibi fuerint. et ꝑ ſequēs triduū ſi ibi biberint vel comederint. Et ꝑ ſeptem ſequētes dies vbi eos ꝑnoctare contigerit. Ceteꝝ ſi nobiles fuerint vel alij terram et iuriſdictionē vel diſtrictū hn̄tes et infra tres mēſes a tpe ꝑpetrati ſceleris ad arbitriū nr̄m aut capituli ⁊ ꝓorū Coloñ nō ſatiſfecerint terra eoꝝ et diſtrictus. extūc ſit ipo facto eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et feuda ſeu officia vel poſſeſſiones ſi q̄ hn̄t ab eccleſijs et eccleſiaſticis perſonis amittant et ad eccleſias a quib⁹ ea habuerint reuertantur ita ꝙ ipoꝝ ſacrilegorū heredes ad feuda hmōi vł ad aliq̄ alia ab eccleſijs vel eccleſiaſticis ꝑſonis deſcēdentia nūq̄ꝫ in ꝑpetuū admittant. De q̄bus ſi vltra ſe ingeſſerint ꝯ eos ꝓcedat tanq̄ꝫ ꝯ bonorū eccleſiarū inuaſores ꝓut ſuperius eſt expreſſum. Et hoc etiā in alijs ꝑſonis q̄ nō ſunt nobiles feuda hn̄tib⁹ volumus obſeruari. ¶ Preterea ſi dn̄i terre in quoꝝ diſtrictibus manent vel domiciliū hn̄t. vel vbi tam enorme ſcelus cōmiſſum extiterit tā nepharios ſacrilegos ⁊ nephādos in ſuis diſtrictib⁹ ſuſtinuerint. et contra eos ad bonorum priuationē ⁊ proſcriptionē de terra nō proceſſerint contra ipos dn̄os tanq̄ꝫ cōtra cōſentientes malo hmōi monitiōs premiſſa procedatur.

De eodem

Tem ſi infra annū abſolutionē a ſede aplīca et alias congrue ſatiſfacere neglexerint. Statuimus vt extūc null⁹ filiorū aut nepotū eorundē ſacrilegoruꝫ ad ordines vel ad beneficiū eccleſiaſticum vel dignitateꝫ vſqꝫ ad quartū gradum admittat. Et idem fiat de filiabus et neptibus eorūdē. Et ſi q̄ eos vel eas admiſerint incurrant penas que ſuperius de filijs et neptibus clericos captiuantium ſunt expreſſe.

Contra eos q̄ minas intulerint ꝑſonis eccleſiaſticis in corpore vel rebus

Tem volētes malo anteq̄ꝫ eueniat q̄ntum poſſumus obuiare. Statuimus vt ſi quis eccleſiaſtice perſone minas intulerit de corpore vel de rebus. et monit⁹ a iudice ordinario ipam perſonā eccleſiaſticā nō aſſecurauerit a tpe monitionis infra ſeptem dies ab ipo ordinario

extunc excōmunicetur. et excōmunica/
tus publice nuncietur donec aſſecuret
ipaꝫ pſonā eccleſiaſticā et de ea corā ſuo
iudice accipiat rationē contra eos cle/
ricos qui ſacrilegiū in clericos commit
tere non verentur.
¶ Itē cū magnū ſit ſcādalū et pleriſqꝫ
laicis q̄ cū clericis ſūt infeſti ſi'ia com/
mittendi exiſtat ꝙplurimū incentiuum
ꝙ clerici in clericos ſacrilegiū cōmitte
re nō verent̄. Statuimus vt clericus
vel canonicus iniȷciens manus violen
tas in clericū vel eccleſiā ſuā vel aliam
aut eccleſiaſticā pſonā ſpolians vel vio
lentiam in emunitate cōmittens. vel bo
na coꝝ ſeculari iudicio occupās vel ad
aliqđ hoꝝ ꝯſilium ſeu auxiliū vel ope/
ram dans pro hmōi iniectione in conti/
nenti p omnes eccleſias et capellas ci/
uitatis et dioceſ excōicatus nuncietur
Et cū de aliȷs cōſtiterit p euidētiā vel
famā publicā vel iuramentū iniuriam
vel damnū paſſi ſi fuerit pſona fide di/
gna vel p fidem teſtiū ſummarie facien
dam p ordinariū moneatur vt infra ſe/
ptem dies a tempore monitionis facte
de forefacto ppetrato ſatiſfaciat cōpetē
ter. Alioquin a nobis excōicatus excō
municatione quam ferimus in his ſcri/
ptis, extūc p omnes eccleſias vt ſupdi/
ctum eſt publice nuncietur. Qđ ſi infra
quidecim dies nō ſatiſfecerit. extūc de/
nūciet̄ cāpanis pulſatis ⁊ candelis ex/
tinctis ſingulis diebus dominicis et fe/
ſtiuis excommunicatus. Qđ ſi p annum
in huiuſmodi excommunicatione per/
ſtiterit, extunc omnibus beneficiȷs ec/
cleſiaſticis ſi qua habuerit ipo facto ſit
priuatus. Et illi ad quos ſpectat ipoꝝ
beneficiorum collatio ea conferant in/
fra menſem. Alioquin per ſuperiorem
extunc conferantur. Et nihilominus
ſit inabilis ad aliqua alia conſequenda.

Cōtra clericū qui occaſiōe alicuiꝰ que/
ſtionis clericum captiuauerit.

Item ſi clericus clericum occa/
ſione alicuius queſtionis quam
habuerit captiuauerit vel ad ca
piendū ipm conſilium auxiliū vel opaꝫ
adhibuerit. Statuimus vt cauſaꝫ amit
tat ipo facto et excommunicatus publi
ce. vt de aliȷs captiuatoribus pmiſſum
eſt nuncietur. et ſi infra ſeptem dies. li/
berationē ipius captiui nō procuraue/
rit ac infra alios quindecim dies leſo
nobis et eccleſie nō ſatiſfecerit extunc
omnibus beneficiȷs eccleſiaſticis ſi qua
habet ſit ipo facto priuatus et inabilis
in ppetuum ad aliquod beneficiū conſe
quendū. Et ſi ille ad quem collatio be/
neficiorū hmōi ptinuerit infra menſem
nō de eis ordīauerit ea aliȷs vel aliȷ cō/
ferendo collatio ac ordinatio eorundeꝫ
ad proximum ſuperiorem ſit ipo facto
deuoluta. Si vero beneficiū nō habue
rit ſit inabilis in ppetuū ad aliquod ob
tinenduꝫ. ¶ Preterea omnis locus ad
quē hmōi ſacrilegus puenerit vel vbi
biberit aut comederit aut pnoctauerit
ſit ipo facto interdictus eo modo ſicut
de laicis captiuatoribus clericorum eſt
premiſſum.

Contra clericos qui mutilant vel oc
cidunt clericum.

Item ſtatuimus vt clericus occidens
vel mutilans clericum vel eum vſqꝫ ad
mortem captiuū detinens ſit ipo facto
ab omnibus beneficiȷs eccleſiaſticis ha
bitis et a ſpe habendorū penitus deſti/
tutus et excommunicatus in omnibus
eccleſiȷs vt ſuperius dictū eſt nūcietur
Locis ad que venerit vel vbi biberit
comederit aut pnoctauerit. vt ſuperius
dictū eſt. ſuppoſitis ipo facto eccleſiaſti/
co interdicto. Et nihilominus ad alias
penas p nos aut capitulū ⁊ priores Co
loñ. ſicut opus fuerit procedatur.

De litigantibus ſuper vna preben/
da in aliqua eccleſia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item cuꝫ pleruꝗ contingat ꝙ
vacante p̄bēda in aliq̄ eccleſia
ciuitatis vel dioceſ Colonienſ
in qua duo vel plures auctoritate ſedis
apl̄ice vel legatoꝝ ſuoruꝫ aut q̄uis alia
auctoritate ius ſe aſſerūt habere ⁊ per
executores ſuos et quoſcūꝗ alios ſe p
curant mitti in poſſeſſionē corꝑalē p̄bē
de ipſius. cuiꝰ occaſiōe miſſiōis de hmōi
p̄bēda ꝓtendētes bona res et iura ipiꝰ
eccleſie tā infra emunitatē ꝙ extra in/
different rapiūt et inuadūt ſeu ꝑ ſecula
re iudiciuꝫ occupari vel arreſtari ꝓcu/
rāt ſententias excōicationis in certas
ꝑſonas de capitulo ſuſpenſionis in ca/
pitulū nihilominus a ſuis executoribꝰ
fulminari facientes ꝓpter quod in rebꝰ
et ꝑſonis tā ſpūalibus ꝙ tꝑalibus ec/
cleſie nō modicū detrimentū ſuſtinent
et iacturā. Statuimus vt cū in aliq̄ ec/
cleſia caſus hmōi emerſerit. Decanus
et capitulum illius eccleſie auc̄te hmōi
ꝯtentionis ſibi faciāt lr̄as et inſtrumē
ta qbus ſic cōtendētes vti voluerint ꝓ
iure ſuo/ hincinde a ꝑtibus exhiberi et
cōuocatis capitulo et prioribus q̄ p̄ n̄/
tes fuerint et haberi cōmode potuerint
ꝑ eos ad hoc vocatis iuriſperitis q̄ viſi
fuerint expedire vt hmōi queſtio ⁊ diſ/
cordia decidatᵉ et eoꝝ diſcuſſiōi ſeu ſn̄ie
ſtetur et inuiolabiliter obſeruetᵉ. Et ſi
capitulū et priores ꝓpter difficultatē iu
ris vel alias cauſas legitimas queſtio/
nem hmōi decidere nō poterūt nec de/
cidunt cauſam eandem ad curiam domi
ni pape decidendā tranſmittant ꝑfigē/
tes ꝑtibus terminū cōpetentem quo ſe
conſpectui pape repreſentent cū oībus
ſuis monumentis et documentis iuſti/
ciam recepture. Cauſa vero et queſtiōe
hmōi durante medietas fructus p̄ben/
de vacantis in vſus cedat eccleſie Et
reliqua ꝑs alicui idonee ꝑſone que de/
ſeruiat in ordine quē defunctꝰ p̄benda
requiſierit deputetur. Et ſi qua ꝑtium
ſententiam pro ſe in curia habuerit ⁊ in
cauſa euicerit fructus eiuſdem preben/
de de mandato domini pape capitu/
lo preſentato ceſſante occaſione qualibꝫ
miniſtretᵉ. Si qua vero ꝑtium litterarū
ſuarum copiam facere et hoc ſtatutum
ſubire cōtumaciter rēnuerit, et de ſua
potentia vel malicia confiſa bona eccle
ſie inuadere ac rapere temere et irreue/
renter dei timore poſtpoſito preſumpſe
rit contra ipam ꝑtem tanꝙ cōtra rapto
rem bonorū eccleſie. vt ſup̄ ſcriptum eſt
procedatur. Statuimus etiam vt hec
nō ſolū ad futura hmōi negocia. ſꝫ etiā
ad preſentia et preterita a tꝑe electiōis
nr̄e extendantur.

Ne aliquis clericus ſacrilegis ſeu
excommunicatis aut vſurarijs aſ/
ſiſtat vel eos defendat.

Item cum ſaluis penis ſtatutiſ.
tam in iure canonico ꝙ ciuili ⁊
cohertione nr̄e ordinarie pote/
ſtatis contra iniuriatores eccleſiarum
et perſonarum eccleſiaſticarum predictiſ
modis et alijs qui ad hoc videbūtur ex
pedire prouiderimus procedendū. Sta
tuimus vt ꝑſonis quibuſcunꝗ qui ma/
nus in clericos aut religioſos iniiciunt
vel alias ſpoliant et capiunt. aut in ali/
quo ſup̄dictorū modorum vel exceſſuū
contra eccleſias vel eccleſiaſticas ꝑſo/
nas exceſſerint ſeu ſententijs excōica/
tiōis ſuſpeñ aut interdicti. aut alijs mo
dis ſup̄dictis ſe inuoluerint. clerici ſiue
in dignitate conſtituti ſiue alij vel etiā
aduocati cōſilio vel auxilio in apto vel
in occulto nō aſſiſtāt. et qui contra ve/
nerint verbo vel facto ſententiam ex/
communicationis quam in eos ferimꝰ
in his ſcriptis incurrant ipo facto et ex
cōmunicati publice qui de hoc cōuicti
fuerint vel ꝯfeſſi vſꝗ ad ſatiſfactionem
condignā nuncientur. et ſi publice pre/
ſumpſerint pro hmōi ꝑſonis in iudicio

poſtulare earum iniurias defendēdo et
moniti ab eorū ordinarijs nō deſtiterit
excōicati publice tanꝗ̄ illi quorū exceſ/
ſus vel iniurias nitūtur defendere.nū
cient ⁊ alias etiā ꝯ̄ eos ſi opus fuerit
procedatur. Idē ſtatuimus fieri de his
q̄ vſurarijs manifeſtis aſſiſtunt patro/
cinio vel defendunt eoſdem.

Ne clerici capellani nobiliū excōica
toꝝ cū ipſius vltra mēſem ꝑmaneant

Item ſtatuimus vt clerici ſeu capellani
dn̄oꝝ ſuoꝝ aut nobiliū vel aliarū pſo/
narū q̄ fuerint ꝓpt̄ aliquē ꝑdictorū ex/
ceſſuū ſnīa excōicatiōis innodati dn̄is
ſuis in hmōi iniurijs ꝯſiliū vel auxiliū
vbo vel facto nō impēdāt .alioqn ſe no
uerint eadē excōicatione inuolutos.
¶ Preterea ipſos dn̄os ſuos modis q̄/
bus poterūt inducāt. vt de eis ꝓ q̄bus
excōicati exiſtūt ſatiſfaciāt. et ad recōci
liationē ſancte mr̄is eccleſie reuertant
qđ ſi infra menſem eoſdē dn̄os ſuos ad
hoc inducere nequiuerit et tūc oīno re/
cedāt ab eiſdē nec eis cōicent. Alioqn
ipſos clericos ſeu capellanos q̄ vltra id
cū dn̄is ſuis ꝑmāſerint et eis cōicaue/
rint maiori excōicatiōe in his ſcriptis
late innodamus ⁊ p̄cipimꝰ eos ꝑ locoꝝ
ordinarios excōicatos publice nūciari
In q̄ excōicatiōe ſi duos mēſes cōtu/
maciter ꝑdurauerint ⁊ a dn̄is ſuis non
receſſerint.extūc ipſofacto oībꝰ bn̄ficijs
eccleſiaſticꝪ. cū cura vel ſine cura q̄ hn̄t
ſint priuati Et eadē beneficia ꝑ illos ad
quorū collationē ꝑtinent alijs perſonis
idoneis infra mēſem cōferant. Alioqui
extūc ꝑ ſupiorē proximū ꝯferant.et ni/
hilominus ſint inabiles ad alia bn̄ficia
obtinenda.

Contra clericos in executiōibus ſen
tentiarum remiſſos et ſententias ipſas
modo debito nō ſeruantes.

Item cū nōnulli ſententiā excōicatio/
nis damnabiliter vilipendant.Statui/
mus vt q̄cūq̄ excōicatus et in ꝑochia
ſua denūciatus ꝑ annū in ipſa excōica/
tione ꝑſtiterit et de hoc fides facta fue/
rit per lr̄as excōicatoris quas ſufficere
volumus in hac ꝑte ſi fuerit ordinariꝰ
et alias ꝑ aliā fidem ſufficientē.ſi hmōi
fuerit nobilis vel alius habens terram
vel diſtrictū illa terra vel diſtrictus ꝑ
ordinariū loci ſuꝑ hoc requiſitū ab ex/
cōicatore vel actorē eccleſiaſtico ſine dif
ficultate ſupponat interdicto. Et ſi fue/
rit alius q̄̄ nobilis dn̄s tp̄alis ſeu iu/
dex in cuius diſtrictu excōicatꝰ māſerit
ſeu domiciliū habuerit moneat ꝑ ordi/
nariū ipſius.vt ꝯpellat ipm̄ excōicatum
redire ad ſancte matris eccleſie vnionē
Alioqui idez dn̄s ſiue iudex.ꝑ ipm̄ or/
dinarium excōmunicationis ſententia
ꝑcellatur.

Item proceſſus de eodem

Item ipſi excōicati cū ꝑ ānū in excōica/
tiōe ꝑſtiterint in ſynodis accuſent tāq̄
clauiū eccleſie ꝯtemptores ⁊ ſatiſfacere
ꝯpellant. adhibito etiam ſi opus fuerit
auxilio brachij ſecularis.

Vt p̄lati et q̄libꝫ eccleſiaſtice pſone ad
obſeruationē ſtatutoꝝ teneant.

Quia vero oībus ꝑ ſtatuta hu/
iuſmodi paterna ſolicitudine in
tendimus prouidere vt videli/
cet quies procuretur eccleſijs et eccle/
ſiaſticis pſonis et pacꝪ turbatores pene
formidine cohibeantur a peccatis p̄/
cipimus et mandamus ſub pena excō/
municationis vt ſtatuta ipſa ab omni/
bus tam eccleſiaſticis q̄̄ ſecularibus p/
ſonis inuiolabiliter obſeruentur. Sta/
tuentes vt prelati archidiaconi prepo/
ſiti decani capitulorum. capitula et ſin/
guli de capitulis decani chriſtianitatum
rectores eccleſiarum et capellarnm.nec
non et vicarij et omnes clerici ciuitatis
et dioceſ Colonien ad obſeruationem

ſententiarum predictarum. ſcꝫ excōicationis ſuſpēſionis et interdicti et ad carum executionē q̄ſcunqꝫ et quotieſcūqꝫ opus fuerit. et aliqd̓ forefactorū p̄dictorum committi cōtigerit in ciuitate aut dioceſi Coloñ. omni fraude et dolo penitus excluſis fideliter teneantur. Si quis aūt prelatus in his remiſſus fuerit et ex pte eccleſie vel pſone iniuriaꝫ vel damnum paſſe. tertio requiſitus ad executionem p̄miſſorū put in ſupioribus cōtinetur. p ſe vel p aliū ꝓcedere neglexerit ſniaꝫ ſuſpēſionis a nobis latam in his ſcriptis incurrat facta ipa omiſſione. quā ſcꝫ ſuſpenſionis ſniaꝫ ſi p octo dies in negligentia pdurando ſuſtinuerit. extūc incurrat excōicationis ſniam a nobis latā in his ſcriptis. Et nihilominus cōtra euꝫ ad vlteriora p nos de cōſilio capituli et porū Coloñ. ꝓcedat.

Contra clericos in executionibus ſententiarū remiſſos et ſententias ipas modo debito nō ſeruantes.

Item hebdomadarij in eccleſijs cōuentualibus. plebani rectores ſeu promiſſores prochialiū eccleſiarū et capellarum ciuitatis et dioceſis Coloñ. q in ſuis eccleſijs ſeu capellis illos q ex aliquibus cauſ de q̄bus ſup̄dictū ē. excōicationē inciderint vel iuris vel hoīs et fuerit vt p̄miſſuꝫ eſt excōicari nūciandi. denūciare omiſerint ipa omiſſione ſe ſciāt excōicatiōis ſniaꝫ in his ſcriptis a nobis latā incurriſſe ꝛ poterunt depoſitionis periculū formidare ſi diuinis ſe ingeſſerit ſic ligati. ita vt niſi celeri ſatiſfactiōe ſibi proſpexerint monitione premiſſa a ſuis ordinarijs priuent̄ beneficijs q̄ habentet illa alijs pſonis idoneis p eos. ad quorū ſpectant collationē cōferant̄. Si quis aūt ſacerdos in loco ꝓpter captiuitatem clerici vel propter ſpoliū eccleſie vel eccleſiaſtice pſone vel propter aliquā aliarū cauſarū p̄dictarū interdicto celebrauerit et ſit irregularis incōtinenti nō deſtiterit. aut infra quīdecīꝫ dies nō ſatiſfecerit nobis et eccleſie. extunc incurrat ipo facto excōicationis ſentētiā quā in hmōi. preſumptores ferimus in his ſcriptis. In qua excōicatione ſi p quīdecim dies ꝯtumaciter pdurauerit negligens ſatiſfacere. extunc ſit ipo facto oībus beneficijs eccleſiaſticis q̄ habet deſtitutus Et ſi illi ad quos beneficiorū hmōi collatio pertinuerit. ea alijs pſonis nō cōtulerint infra mēſem eorum collatio ad proximū ſuperiorem deuoluat̄. Si vero beneficiū ſacerdos nō habuerit hmōi ſit poſt tempus p̄dictū inabilis ꝑpetuū ad aliqd̓ obtinēdū.

Ut ꝑcepto forefacto ſtatī ceſſet̄ a diuinis. ne qs p ignorātiā poſſit excuſari

Item ne aliquis prelatus archidiaconus p̄poſitus decanis capitulorū et chriſtianitatū aut rector eccleſie vel capelle p craſſam ignorātiā ab obſeruationibus ſniarum predictaꝝ ſe valeat excuſare. cū difficile ſit ſingulari denūciatiōe ſingulorū auribꝰ inculcari captiuationē clerici vel ſpolium eccl'ie vel eccleſiaſtice pſone. aut aliud qd̓cūqꝫ forefactū. ꝓpter qd̓ loca aliqñ cōtingit eſſe interdicta. ſicut ſuperiꝰ in pluribus locis eſt expreſſum. Statuimꝰ vt prelati archidiaconi prepoſiti decani ꝛ rectores ſeu vicarij. q̄ꝫ cito captiuitas clerici vel ſpoliū. aut aliqd̓ forefactū. de q̄bꝰ ē ſup̄dictū ad coꝝ noticiā vel fama deferēte vel alio q̄cūqꝫ mō puenerit ſtatiꝫ ceſſet̄ a diuinis vbi ħ iur̄ p̄miſſa fuerit faciēdū ꝛ ad obſeruationē et executionē dictaꝝ ſniaꝝ p ſe vel p alios teneant̄. Alioqn ñ obſtāte excuſatiōe craſſe ignorātie penis et ſnījs ſbiaceat. ſ. dictis.

Ut hec ſtatuta ad pſonas eccleſiaſticas cuiuſcūqꝫ ordinis extēdant̄.

Itē ſtatuimus vt ad monaſteria ꝛ bona coruꝫ et ad monachos et religioſas perſonas cuiuſcunqꝫ

ordinis ciuitatis dioceſ. Colonieñ. ſtatuta hmōi extendātur. Et monachorū plati et monachi ac alie perſone religioſe ad obſeruationē et executionē teneant eorundē. Et ſi aliq̄ pſone religioſe cuiuſcūq; ordinis exiſtant. ſe voluerint occaſione alicuius priuilegij ab executiōe ſeu obſeruatione ſtatutorū iſtoruz tueri vel excuſare, predictorū ſtatutorū auxilio nō iuuentur.

Ut hec ſtatuta ne aliquē latere poſſint ſepius publicentur.

Item ſtatuimus et mandamus in virtute ſancte obedientie. vt hec eadē ſtatuta p oēs eccleſias cōuentuales et prochiales et capellas ciuitatis et dioceſ. Coloñ ſingulis ānis ne aliquē latere poſſint ſepius publicētur. et in capitulis ruralibus plegant.

Ut nomina ſacrilegorū poſita in regiſtro ſepius recitentur.

Item noīa eorū q̄ cōtra eccleſias. ſeu pſonas eccleſiaſticas, aliquo modorum ſupradictoruz exceſſerint vel delinquerint. ſtatiz cū hoc factum fuerit, ponātur in regiſtro et ſepius recitentur in publico. vt ſciri poſſit ex qualitate facti et eius circūſtātijs necnō ex dilatione ſatiſfactionis qualiť ſit cōtra excedentes et delinquētes huiuſmodi procedendū. nec deleantur eorum noīa. niſi congrua ſatiſfactione pcedente. Si quid vero dubij aut difficultatis ſup pmiſſis emerſerit. hoc nobis capitulo et prioribus Coloñ. reſeruamus declaranduz. Nos vero caplm. plati et alia capitula eccleſiarum ciuitatis ⁊ dioceſ. Coloñ. plenā in dño fiduciā obtinentes q̄ p ſtatuta hmōi. eccleſijs ⁊ monaſterijs. et pſonis tā eccleſiaſticis et religioſis in ſpūalibus et tpalibus puiſum ſit. et debeat prouideri ad obſeruationē eorūdez ſtatutoruz. bona fide ōni fraude et dolo excluſis. firmiter obligamus ſigilla eccleſiarū nrārum eiſdē ſtatutis in teſtimoniū apponentes. Datuz āno dñi milleſimo ducenteſimo ſexageſimoſexto. Sexto ydus Maij. ¶ Et oīa et ſingula ſtatuta aucte pñtis prouincialis concilij. in ōnibus ſuis modo forma clauſulis. et tenoribus. ac penarū adiectionibus. ad totā nrāz prouinciam extendimus. et prouincialia ſtatuta facimus. decernentes vt ſtatuta pūcialia debere teneri et obſeruari. ſic q̄ in qualibet ciuitate et dioceſi nrē pūincie ea teneātur et obſeruenť. ſicut ſub verbis nrē ciuitatis et dioceſ. tāq; ſynodalia ſunt concepta ac pmulgata. et hactenus obſeruata. Saluis tñ alijs ſtatutis ſynodalibus eccleſie nrē Colonieñ. a nobis ſiue pdeceſſoribus noſtris editis. ac etiā ſtatutis ſuffraganeorū nrōrū. ſi que hñt. quibus ſi in aliquo repiant pñtibus ſtatutis ꝯria vel diuerſa ab eiſdem. In q̄ntū et in eo in quo melius et plenius prouident eccleſijs monaſterijs et pijs locis eccleſiaſticiſq; pſonis et earū rebus et nō iſtis. Si vero plenius et melius pñtibus ſtatutis eiſdē prouidetur. iſtis et nō illis decernimus fore ſtanduz vt hoc videlicz vtrū melius et plenius p iſta ſtatuta vel p illa prouideatur iudicio ſiue arbitrio executorū ipſorū ſtatutorum duximus relinquendū. ¶ Preterea executionē pñtiū ſtatutorū ac abſolutionē ſuſpēſiōis et relaxationē ſententiarū in eiſdem latarum ſeu eorū auctoritate ferendarū ad nos et noſtrum Officialem Coloñ. in nrā ciuitate et dioceſi. et ad quēlibz nrōrum ſuffraganeorum et ſuos Officiales ſiue ad ipſos ad quos de iure vel de conſuetudine. q̄ ad ſynodalia eorū ſtatuta ptinet in ſingulis ſuis ciuitatibus ⁊ dioceſ. volumus ptinere. Uerū vt oīs ābiguitas pplexitas et difficultas quo ad obſeruantiam pñtium ſtatutoruz in futurū euitentur. de cōſenſu expreſſo et auctoriſate pñtis prouincialis cōcilij retinemus et reſer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uamus nobis poteſtatem facultatem et
auctoritatē pñtia prouincialia ſtatuta
quo ad nr̄aꝫ ciuitatē et dioceſim et etiā
q̄ad ſingulas ciuitates et dioceſes no/
ſtroꝝ ſuffraganeoꝝ ſi ab aliq̄ ipoꝝ nr̄oꝝ
ſuffraganeorū et ſuo capitulo requiſiti
ſup eo fuerimus de conſilio prioꝝ et ca/
pituli eccleſie nr̄e Colonieñ. In ſyno/
do nr̄o dioceſano corrigendi emen/
dandi interpretandi tollendi et in me/
lius mutandi ſicut hoc nobis ex cauſis
neceſſarijs et legitimis videbit̄ expedi
re prouinciali concilio ad id minime con/
uocato. Quia vero ꝑ ipa pñtia ſtatuta
prouincialia cōi vtilitati eccleſiarū ec/
cleſiaſticarū ꝑſonarū ac iparū bonorum
vt ſperamus auctore dño ſalubriter ꝓ/
uidet̄. precipimus et mandamus in vir
tute ſancte obedientie vt ea ab oībus
eccleſijs et eccleſiaſticis ꝑſonis noſtre
prouincie inuiolabiliter et firmit̄ frau/
de et dolo excluſis obſeruēt̄ iuxta mo/
dum et formā ſupmiſſos. In quoꝝ oīm
et ſingulorū teſtimoniū ea ꝑ hermannū
dictū raze publicum imperiali auctori/
tate notariū cōſcribi ⁊ in hanc publicā
formā redigi ſuoqꝫ ſigno cōſueto ſigna/
ri mandauimus ac nr̄o et capituli nr̄i Co
loñ ſigilli appenſione muniri. Acta ſūt
hec in cōcilio nr̄o prouinciali celebrato
ſub āno a natiuitate dñi. M.CCC.xxij
die vltia mēſis octobris in palacio nr̄o
Coloñ pñtibus capitulo eccleſie noſtre
Coloñ Ac venerabilibus in chriſto pa/
tribus dñis Godefrido Oſnaburgeñ. ⁊
Godefrido Myndeñ. eccleſiarū dei grā
Epis nr̄is ſuffraganeis pro ſe et ſuis ec
cleſijs Ac venerabili in chriſto patre
dño Hermāno eccleſie Heneñ. epo ⁊ Le
noldo de Northoff canonico Leodieñ.
veñ. in chriſto patris dñi Adolphi Leo
dieñ. et dilectis in chriſto mgr̄o Rutge
ro de aldendorpe doctore decretoꝝ ⁊
Frederico de byckē canonico Monaſte
rieñ. Venerabilis pr̄is Ludolphi Mo/
naſterieñ dei gratia eccleſiaꝝ epiſcopis
noſtrorum ſuffraganeorum procurato/
ribus Ac dilectis in chriſto mgr̄o Rey/
nero doctore in theologia ac Gerardo
de vorno canonici. Traiecteñ capituli
Traiecteñ eccleſie. Ipa eccleſia traie/
cteñ epiſcopi ſolatio viduata. In pre/
miſſis omnibus et ſingulis conſequen/
tibus et ſuuꝫ cōſenſuum expreſſe adhi
bentibus preſentibus etiam ſancti pan
thaleonis et ſancti Martini Coloñ. ac
ſancti Cornelij indeñ Gladebaceñ. Tui
cienſis. Bruwylereñ. et Sibergeñ mo
naſteriorum abbatibus ordinis ſancti
Bñdicti. būneñ. ſancti Seuerini et ſan/
cti andree eccleſiarum Coloñ. prepoſit.
Item bunneñ. Sancti Gereonis Co/
loñ. Sancteñ. ſancti Andree. ſancti ku/
niberti. ſancti Seuerini. ſanctoꝝ apoſto
lorum. Sancte marie ad gradus Deca/
nis eccleſiarum ciuitatis et dioceſ. Co/
loñ. Officiali noſtro Coloñ. zeſliceñ. et
carpeñ. Coloñ dioceſ. Eccleſiarum pre
poſitis ac alijs prelatis canonicis paſto
ribus eccleſiaruꝫ rectoribus et clericis
nr̄arum ciuitatis et dioceſ ac prouin/
cie in multitudine copioſa. Et ego her/
mānus dictus raze de Colonia public⁹
impiali auctoritate notarius antedict⁹
premiſſis omnibus et ſingulis dum age
rentur vna cum perſonis prenominatꝭ
preſens interfui eaqꝫ omnia et ſingula
ꝓut ſuperius in. preſentibus rotulis ꝑ
me cōnexis et ſignatis de mādato Re/
uerendiſſimi in chriſto pr̄is et dñi. Do/
mini Henrici dei gratia ſancte eccleſie
Coloñ. archiepi predicti cōtinent̄ cō/
ſcripſi et in hāc publicā formam redegi
meoqꝫ ſigno cōſueto ſignaui vocatus
et rogatus quod eſt tale. Et nos Gode
fridus dei gratia Myndeñ eccleſie epiſ/
copus quia omnibus contentis et ex/
preſſis in preſenti inſtrumento cui nr̄a
pñs littera cōſtigitur preſentes in cōſi/
lio prouinciali interfuimus eiſqꝫ tāq̄
vtilibus et neceſſarijs eccleſijs eccleſi/
aſticis qꝫ ꝑſonis et eaꝝ rebus cōſenſuꝫ

noſtrum prehabita matura deliberatio
ne adhibuimus ꝓ nobis et eccleſia nr̃a
p̄dicta. idcirco ſigillū nr̃m in ſignū preſti
ti cōſenſus et auctoritatis a nobis et a
toto cōcilio ꝓuīciali p̄ntibus duximus
apponēdū. Actum et datum die et loco
de quibus in ip̄o inſtrumēto fit mentio
Anno. M.CCC. viceſi° ſcd̄o. Et nos
Godefridus dei gratia Oſnaburgeñ. ec
cleſie ep̄s. quia oībus cōtentis &c. vt ſup̄
Uniūſis p̄ntes lr̃as viſuris et auditu/
ris Adolphus dei gratia Leodieñ Ep̄s
ſalutez et cognoſcere veritatē Noueri/
tis ꝙ quia venerabilis in chriſto pat̄ et
dn̄s hermān⁹ eadem gratia ep̄s heneñ.
vices nr̃as gerens in pōtificalibus et
Lenoldus de northoff canonic⁹ Leod̄.
procuratores nr̄i ip̄i cōcilio prouinciali
Reuerēdi in chriſto p̄ris ⁊ dn̄i. dn̄i hē/
rici dei gratia ſancte Coloñ eccleſie ar/
chiep̄i colonie celebrato de q̄ in inſtru/
mento publico cui p̄ns nr̄a lr̄a tranſſu/
gitur fit mentio noīe nr̄o et eccleſie no
ſtre interfuerūt ac oībus et ſingulis cō/
tentis et expreſſis in eodē inſtrumēto
et p̄ſertim ꝓrogationi ſtatutoꝝ ſynoda
lium bone memorie dn̄i Engilberti Co
loñ archiep̄i ad totā ꝓuinciā Coloñ a/
liiſqꝫ indicto inſtrumēto cōtentis tāqꝫ
vtilibus et neceſſariis eccleſiis eccleſi/
aſticis qꝫ perſonis et earū reb⁹ ꝓ nobis
et nr̃a eccleſia noīe ꝓcuratorio cōſenſe/
runt. Idcirco nos ea que ꝑ ip̄os in hoc
negocio acta ſunt ratificātes ⁊ approbā
tes ſigillū nr̃m p̄ntibus duximus appo
nendū. Datū āno dn̄i. M.ccc. viceſimo
ſcd̄o in craſtino beati martini ep̄i.

## Incipiūt capitula

ſtatutoꝝ eccleſie Colonieñ editorum a
bone memorie dn̄o Sifrido archiepiſco
po Colonienſi. Ꝑricoꝝ

Rimo de vita et honeſtate cle/
Item de cohabitatoribus et cō
cubinariis.
Item de ſtatu clauſtraliū et religioſoꝝ.
Item qualiter clerici et maxime ſacer/
dotes populū regētes vel plebē in ad/
miniſtratione ſeptem ſacramentoꝝ que
cōtinēt in hoc verſu. Baptis. cris. vn/
go. via. penitet ordinis iungo. ſe habere
debeant et primo de baptiſmo.
Item de ſacramento confirmationis.
Item de ſacramento extreme vnctu/
onis.
Item de ſacramento eucariſtie ſiue al
taris cum miſſa celebratur.
Item de ſacramento cōfeſſionis et pe/
nitentie.
Item de ordinibus. et qui ad ordines
admitti debeant.
Item de matrimonio.
Item de ſepulturis et cimiteriis.
Itē de bonis eccleſiarū nō alienandis.
Item de malefactoribus ad eccleſiā cō
fugientibus.
Item de vſurariis manifeſtis.
Item de clericis in eccleſiis vel capel/
lis celebrantibus ſine nr̃a vel archidia
conorum licentia.
Item de executione mādatorum nr̃oꝝ
et curie noſtre Coloñ.
Item de teſtamentis
Item de obſeruatiōe interdicti quali/
ter ſit obſeruandum.

### Incipiunt ſtatuta predicta.

Icet de clericis q̄liter eos cum
modeſtia ſobrietate vite mūdi/
tia in domo dn̄i opꝫ cōſeruari,
vt ſibi et aliis verbo proficiant et exē/
plo ꝑ ſacros canones et ſanctorum pa/
trum et predeceſſorum noſtrorum tra/
ditiones ſufficienter ſit prouiſum. tamē
quia nōnullos ex ip̄is clericis. preſerti
illos qui ꝑ eccleſias poſiti ſunt ad regi
mē aīarū in obſeruatione dicte ꝓuiſio/
nis cōtingit nō ſine nota tranſgreſſio/
nis deſides inueniri et ip̄arū ſtatum multi
pliciter deformari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nos Sifridus dei gratia ſancte
Coloñ eccl'ie archieps ſacri im/
perij p Italiã archicãcellarius.
huius deſidie imo negligẽtie q̃ntũ poſ/
ſumus occurrere cupientes ⁊ quod di/
gnũ eſt in eorum conuerſationibus vi/
ta et moribus reprehendi p innouatio/
nem que circa hec ſtatuta ſunt ab anti/
quo ⁊ appoſitionẽ que qualitas tempo/
ris addere nos cõpellit nr̃os clericos
in oĩbus deo placitos ſalubriter refor/
mare cũ firma ſpe ⁊ fiducia vt ſi integꝛ
fuerit ſacerdotiũ eccleſia dei florebit ſi/
cut liliũ et in ſpũalibus et tp̃alibus be/
nedictionẽ a dño recipiet ſalutarẽ/ Sã
ctam ⁊ generalẽ ſynodũ ꝓpter pericu/
loſum ſtatũ eccleſie Coloñ et predeceſſo
rum nr̃orum occupationes aliquãtis tẽ
poribus p̃termiſſam ad quã cõuocatis
⁊ cõuenientibus oĩbus p̃latis monaſte
riorũ et eccleſiarum ac clericis nr̃is ſub
ditis ſtatuimus et ordinamus vt ſyno/
dus generalis ex nũc in antea in eccle/
ſia Coloñ in craſtino dñice. Innocauit
ab oĩbus p̃latis et clero annis ſingulis
in ꝑpetuũ celebret vt omnes clerici tã
religioſarũ q̃ȝ ſecularium eccleſiaꝝ. et cle/
rici ſeculares nr̃e ciuitatis ⁊ dioceſ ad
ipſam ſynodũ ſanctã accedãt reuerenter
Et in veniendo ſtando morando ⁊ re/
deundo in via et hoſpitijs ſe cõdecent
habeant ne laicis ex eorũ verbis vel fa
ctis ſcandalũ generet. Et intrent ſyno
dũ Abbas cũ albis ſtolis et cappis cho/
ralib⁹ deſup de ſerico vel ſamicto. Alij
vero p̃lati ſeculares cũ pellicijs et ſup/
pellicijs et cappis de ſerico vel ſamicto
¶ Itẽ priores religioſoꝝ cũ albis. ⁊ ſto
lis Decani chꝛiſtianitatũ et archipreſby/
teri cũ albis et ſtolis. Et clerici in ſup/
pellicijs Nec aliqs clericus vel religio
ſus ibi cõpareat ſine habitu religionis
vel chorali. Omnes q̃ȝ ſic induti in ipſa
ſynodo quouſq̃ȝ p nos licenciet pma/
neant audituri cũ mãſuetudine ⁊ ſilen/
tio que ibi precepta fuerint vel ſtatuta

¶ Si qui vero infirmitate vel alia in/
euitabili neceſſitate ad ſynodũ venire
nõ poterũt mittant cũ ſuis lr̃is ⁊ ꝓprijs
ſigillis que p̃cipimus vt ſinguli habeãt
ꝓcuratorẽ q̃ pro ſe habeat ptãtẽ de hu/
iuſmodi impedimẽto faciẽdi fidẽ ſi op⁹
fuerit iuramẽto. Et in ipis lr̃is ſe obli/
gent q̄ ſtatuta hm̃oi obſeruabũt ¶ Itẽ
cꝑpitula et quelibȝ collegia p vnũ vel
p duos procuratores de ipoꝝ collegio
comparebũt ad obſeruationẽ ſtatutorũ
in ꝓcuratorijs ſe obligantes ſil'ter. Et
oẽs ieiuni cõparebũt in ſynodo Quod
ſub pena excõicationis late ſentẽtie p̃/
cipimus. Niſi modiciſſimã ſumi cõſola
tionẽ infirmitas vrgeat corꝑalis
¶ Item ne ignorancia ſtatutoꝝ vel p̃/
ceptorũ ſynodi aliquẽ valeat excuſare
Statuimus ⁊ p̃cipimus ſub pena excõ
municatiõis quã in oẽs et ſingulos cõ/
trauenientes in his ſcriptis ferimus
q̄ quilibȝ ſacerdos eccleſiam vel capel/
lam officians vel plebem regens procu
ret et efficiat cuȝ effectu q̄ infra vnum
menſem ab hac die numerãdũ ſtatutoꝝ
et p̃ceptorum ſynodaliũ copiaȝ habeat
de ꝟbo ad verbum vt ea frequent le/
gens ⁊ voluens ſciat inexcuſabiliter et
ſcire poſſit ad q̃d teneatur. et qualiter
in omnibus debeat ſe habere. Et in ꝓ/
ximis deinde ſingulis ſynodis genera/
libus in manu ſua ſecum deferat ⁊ pu/
blice repreſentet. ſciens q̄ cum excom/
municatione ſequetur pena alia hm̃oi
mandati trnſgreſſorem.

## De vita et honeſtate clericorum

Ex concilio generali ſtatuimus
et precipimus q̄ vniuerſi cleri/
ci continenter et caſte viuãt ab
omni libidinis vicio precauentes qua/
tenus in conſpectu omnipotentis dei
puro corde et mundo corpore valeant
miniſtrare et qui comprehenſi fuerint

in incontinentie vicio laborare .prout
magis vel minus peccauerint ab eorū
ordinarijs ſeu prelatis debite puniant᷑.
Alioquī nos prelatorum negligentiam
ſupplentes puniem⁹ ſm canonicas ſan/
ctiones vt pena docente deinceps ab/
ſtineant a peccato ⁊ qui ea de cauſa per
nos vel prelatos ſuos ſuſpenſus diui/
na officia celebrare preſumpſerit bene/
ficio eccleſiaſtico ſpolietur. ¶ Prelati
āt noſtri ꝗ tales p̄ſumpſerint in ſuis in
iquitatibus ꝑmanere maxime obtentu
pecunie vel alterius cōmodi tēporalis
iuris ſubiaceāt vltioni ¶ Itē a crapula
⁊ ebrietate frequenter abſtineant vnde
vinū ſibi tēperent et ſe vino nec ad bi/
bēdū quiſpiam incitetur cū ebrietas in
ducat mentis exiliū et libidinis prouo
cet incētiuuꝫ. ¶ Iteꝫ nullus ſacerdos
aut clericus in ſacris conſtitutus ordi/
nibus feminas de quibus ſuſpicio pōt
eſſe in domo ſua teneat.et nullas omni
no niſi ſint ille pſone de quibus natura/
le fedus nihil ꝑmittit ſeui criminis ſu/
ſpicari.Et quālibꝫ cohabitationeꝫ ma
nifeſtā maxime clericis in ſacris ordini
bus couſtitutis ⁊ ſacerdotibus ſub pe/
na anathematis diſtrictius inhibemus
¶ Iteꝫ clerici officia vel cōmercia ſecu
laria non exerceant per ſe alios vel a/
lias. Mimis hiſtrionibus vel ioculato/
ribus non intendant tabernas prorſus
euitēt niſi forte cauſa neceſſitatis in iti
nere ꝯſtituti. ¶ Itē ad aleas ⁊ taxillos
nō ludāt nec hmōi ludis interſint ¶ Co/
ronā ⁊ tonſurā habeant cōgruentem.
clauſa deferant indumenta maxime ſa/
cerdotes nimia breuitate nō notāda.pā
nis rubijs aut viridibus necnō mani/
cis aut calcijs conſuticijs non vtantur
Infra eccleſiā cuꝫ ſuppellicijs niſi forte
ſit aliquid manibus opandum fibulas
omnino nō ferant aut gladios niſi hoc
faciāt ex cauſa expreſſa licētia prelatoꝝ
¶ Iteꝫ ſtatuimus ꝙ neqꝫ canonici ne/
qꝫ clerici vagentur nocturno tempore
per plateas pſallātes.⁊ ſi aliquos trā
re oporteat ex legitima ⁊ iuſta cauſa ſ
faciāt ſine clamore ſine cātu.ſine cithe
lis ſine tympanis ⁊ ſine ꝗlibet ſtrepitu
vel chorea et volumus ꝙ contrariū
facientes.decani ſuſpendāt prebendas
eoruꝫ ꝑ vnuꝫ menſem. ¶ Iteꝫ ſtatuim⁹
ꝙ quicunqꝫ ſacerdotes ſeu clerici ſen
tētias excommunicationis ſeu ſuſpen/
ſionis per annum et diem animo ſuſti/
nuerit indurato. Beneficijs ſuis eo ipſo
priuentur ꝑ locoruꝫ ordinarios ⁊ alias
propter hoc canonice nihilominus pu
niantur ¶ Item ſtatuimus vt clerici ⁊
maxime in diuinis officijs decenter et
diſcrete ſe habeant et tales ſe in morib⁹
vita conuerſatione verbis et factis ſo/
cietatibus corporis compoſitione lecti
onū et orationū aſſiduitate et quibuſli
bet ſocietatibus exhibeant vt verecū
dia que et laicis eſt indicta in ipſis cle/
ricis precipue cōmendetur. Nullus ho
ras canonicas et horas de domina nr̄a
qualibꝫ die diſtincte et diſcrete dicere
pretermittat.maxime qui eſt in ſacris or
dinibus vel beneficijs conſtitutus
¶ Nullus dicat miſſam niſi vnā in die
et precipue de die. Niſi in caſibus a iu/
re ꝑmiſſis vt hoc faciat neceſſitate im/
minente vtpote miſſam pro defunctis.
Nec celebratio fiat ſine ſocio vel ſcho
lari qui reſpondere valeat celebranti.
Nec mulier ad altare ꝑmittatur aliqua
tenus miniſtrare. ¶ Item propter apo/
ſtatas diſcurſores vagos et ignotos cle
ricos.de quibus an ſacerdotes ſint non
immerito dubitat᷑. Statuimus vt nul/
lus beneficiatus ſeu rector eccleſie vel
altaris tacite vel expreſſe aliquem ad/
mittat in ſocium vel ad celebrandum
miſſam vel miniſtrandum ſacramenta
vel aliquod ſacerdotale officium exer/
cendum niſi notum ſit de ordinibus mo
ribus et conuerſatione ac alias commē
datum.et ſi omnino extraneus vel pe
regrinus fuerit per nos vel gerentem

vices noſtras ſeu' loci archidiaconum
cuz examinatione debita approbatum.
ad huiuſmodi officia exercenda. Et ſi
quis rector eccleſie vel altaris aut ca/
pelle aliquem contra hoc admiſerit ex/
cõmunicationis ſententiã quã in ipm
in hoc caſu ferimus in his ſcriptis in/
currat ipõ facto. Eo ſaluo ꝙ peregrinã
tes et honeſte ꝑſone qui nõ pro queſtu
ſed pietatis et deuotionis intuitu miſ/
ſam dicere volentes admitti poterunt
ſi requirunt.

### De cohabitatoribus et concubinarijs.

Ex cõcilio bone memorie Con/
radi archiepi predeceſſoris nr̃i.
innouãdo ſtatuimus vt ſacerdo
tes manifeſti cohabitatores. concubi/
nas a ſe de domibus et prochijs ſuis in
fra decem dies poſt publicationem pre/
ſentium oĩno remoueãt ꝛ repellãt. Ali
oquin excõicationis ſententiã quã pro/
pter hoc in eos ferimus in his ſcriptis
ſe nouerint incurriſſe. Mulieres aũt ſi
poſt ipos decem dies repte fuerint in
prochijs horum ſacerdotum remanere
ꝑ decanos chriãnitatũ ipoꝝ locoꝝ ex/
cõmunicentur. et excõmunicate publi/
ce nũciẽtur inuocato ſuꝑ remotiõe eaꝝ
ſi opus fuerit auxilio ſeculari. ¶ Inhi/
bemus etiã ne ſacerdotes filios aut fi/
lias vel concubinas dotent aut ditent
de pãimonio crucifixi. aut taliũ nuptijs
vel etiã exequijs audeãt intereſſe. et q
cõtra fecerint pena canonica ꝑcellãtur

### De ſtatu clauſtraliũ et religioſoꝝ

Statuimus vt nullus monachꝰ
aut monialis clauſtrum ſuũ ex/
eat. ꝑ ciuitates villas vel opida
diſcurrendo. aut in villa monaſterio ad/
iacente comedere niſi ex cauſa rationa/
bili ꝛ vrgẽte. et id tunc fiat cũ ſui p̃lati
vel prelate licentia ſpeciali quã licentiã
volumꝰ vt prelatus vel prelata nõ det
niſi cauſa examinata ꝙ ſit euidẽs et nõ
poſſit ſine ſcandalo euitari. ¶ Item de
oratorio refectorio et dormitorio ꝑ mo
nachos continuum ſilentium obſeruẽt
In clauſtro vero vel foris ſeruent ſilen
tium quod precipit obſeruantia regula
ris. ¶ In refectorio omnes comedant.
ſed nõ carnes. nec extra. niſi in infirma/
ria. vna ſit omnibus coquina et cõmu/
nis cibus niſi de licentia abbatis vel
prioris ꝛ ex cauſa. Speciales cameras
ꝛ comeſtiões ibidem diſtrictius inhibe
mus. In cõmuni dormitorio õnes dor/
miãt niſi debiles fuerĩt vel infirmi. Di
uinum officiũ ſm regulã beati Bene/
dicti vl' beati Auguſtini. ꝛ inſtitutiões
ſanctorum patrum celebrẽt. ¶ Itẽ ſub
pena excõmunicationis late ſententie.
Precipimus vt omnes religioſi ꝛ pre
cipue moniales habitum ſm regulã fe/
rãt vbicũq; fuerint cõſtituti. cappas ma
nicatas. tunicas phalas. indumenta ta/
berdos. calceos vl' caligas nõ ferãt niſi
beati Benedicti et beati Auguſtini re/
gule congruentes. Et ſub pena excom/
municationis late ſentẽtie precipimus
ab omnibus tã monachis ꝙ̃ monialibꝰ
firmiter obſeruari. vt proprium non ha
beãt. nec pecuniã. niſi cui hoc ꝑmittitur
ex ratione officij vel adminiſtrationis
ſibi cõmiſſe ꝑ abbatem.
¶ Item officia vel adminiſtrationes
habentes cõtractus nõ ineant. locatio/
nes. emptiones. venditiones. et alienat
tiones quarũcũq; reꝝ mobiliũ vel im/
mobilium non faciãt. mutuũ aliquate/
nus non recipiant a quocũq; preter
ſcitum et conſenſum abbatis vel cõuẽ/
tus. Et ſi contra fecerint ſciant cõtra/
ctum huiuſmodi non valere. et ſenten/
tiam excõmunicationis etiam in eos in
hoc caſu a nobis latam in his ſcriptis
ſe nouerint incurriſſe. Et hec eadẽ ex/
tendi volumꝰ ad prelatos ꝛ canonicos



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

regulares et premonſtrateñ. ⁊ alios q̃ſ/
libȝ religioſos. ¶ Item abbatibus et
prioribus diſtricte precipim⁹. vt omnia
et ſingula que ad ordineȝ ⁊ regulã ꝑti/
nent faciãt ab omnibus ⁊ ſingulis inui
olabiliter obſeruari cuȝ appoſitione pe/
ne que in regula continetur. Rebelles
vero ⁊ incorrigibiles ad nos cõferẽtes
vt ipſorum per nos rebellio cõpeſcatur
¶ Item ſtatuimus vt ſm ſtatutuȝ con
cilij generalis domini Innocentij pape
tertij ꝑ abbates ⁊ prepoſitos nigri or/
dinis ciuitatis et dioceſ de triennio in
trienniuȝ cõmune capitulum obſeruet
Cuius cõcilij tenoreȝ volumus vt ſin/
guli habeãt. vt ſciãt quomõ huiuſmodi
capitulum ſeruare teneãtur. Et ꝙ hu/
iuſmodi ſtatutum negligenter eſt obſer
uatum. licȝ dominus Conradus prede/
ceſſor noſter antedictus hoc mãdauẽit.
nos penam adijcimus. ⁊ non ſeruãtes
excõmunicamus in his ſcriptis.

Qualiter clerici ⁊ maxime ſacerdo/
tes populum vel plebem regentes in
adminiſtratione ſeptem ſacramẽtoꝝ ſe
habere debeãt. ⁊ primo de baptiſmo.

Statuimus vt baptiſmus hono
rabiliter celebretur cum diſtin/
ctione verborum. in quibus ſa/
lus pendet baptizati. vt ille qui bapti/
zat cum immergit baptizandũ nihil ad/
dendo vel ſubtrahendo vel mutando
dicat hec verba. Petre vel Wynande
ego baptizo te. In nomĩe pr̃is. ⁊ filij. et
ſpũſſancti. ¶ Item ſacerdos eandeȝ for
mã doceat mares et feminas obſeruare
cuȝ in neceſſitate baptizãt infãtes· etiã
parentes ſi alij deſunt. ¶ Itẽ ſacerdos
ad quem infans ſic in neceſſitate bapti/
zatus referendus eſt. quãtocius inter/
roget de forma quã baptizans ſeruauit
Et ſi inuenerit eaȝ ſeruatã et rite bap/
tizatuȝ puerũ faciat ei que poſt baptiſ/
muȝ fieri cõſueuerunt. Si auteȝ cogno
uerit ipm nõ baptizatũ vel dubitauẽit.
baptizet euȝ ſub hac forma Petre vel
Iohãnes. Si es baptizatus ego te nõ
baptizo. ſed ſi nõ es baptizatus. tũc ego
te baptizo. In noĩe pr̃is. et filij. et ſpũs
ſancti. ⁊c. ¶ Item ſi timeatur de morte
infantis anteq̃ naſcatur. et caput eiuſdeȝ
naſcẽtis appareat extra Infundat aquã
qui affuerit ſuper caput naſcẽtis. dicẽs
ego te baptizo in nomine. p. ⁊c. Et ſi in/
fans ſic moritur. ſepeliatur corpus eius
in cemiterio Si ꝑuenerit viuus ad or/
tum. ⁊ de forma dubitetur. de nouo bap
tizetur ſub hac forma Petre vel Iohã/
nes. ego te nõ baptizo ſi es baptizatus:
ſed ſi nõ es baptizatus tũc ego te bapti
zo in noĩe. p. ⁊c. ¶ Item mulieri in par
tu mortue nullatenus negentur iura
chr̃ianitatis nec eccleſiaſtica ſepultura.
Et ſi certum ſit ꝙ mulier pregnans mo
riatur teneaẜ os eius apertum. et cum
magna cautela vterus eius aperiaẜ. ⁊ ſi
infans viuus fuerit educatur et bapti/
zetur. Si ãt incẽtus fuerit ſmortu⁹. ipe
puer extra cemiteriũ tumuleẜ. Et iſte
modus et forma freq̃ter ꝑochianis
imprimaẜ. vt ſciãt quõ in talibus debe
ant ſe habere. ¶ Itẽ duo vel tres tãtũ
admittanẜ ad leuandũ puerum de bap/
tiſmo qui infra quartũ gradum parenti
bus pueri nõ ſint iuncti niſi in neceſſita
te. ¶ Iteȝ in paſcha et pẽthecoſte et e/
tiam ſepius fons baptiſmi ſi opus fue/
rit renouetur. ⁊ amota aqua veteri ipe
fons lauetur. et bene mũdificetur ⁊ no
ua impoſita benedicaẜ aqua et chryſmeẜ.
¶ Item fons ſub operculo et ſub ſera fir
metur et obſeruetur ꝓpter ſortilegia et
truphas que ſub pena excõicationis la
te ſentẽtie firmiter prohibemus ¶ Itẽ
chryſma oleũ ſacrũ et oleũ infirmoꝝ in
ampullis metallinis per certos titulos
deſignatis ſub claue cuſtodiaẜ. Si autẽ
aliud oleũ chryſmari vel oleo ſac' appo/

ni oportcat hoc fiat caute. ⁊ id quod ap
poniṫ cum chryſmate et oleo ſacro dili/
genter cū virgula miſceatur.

## De ſacramento confirmationis

Moneāt preſbyteri parētes bap
tizatorū nōdū confirmatorū vt
eos ad epm qui ſolus pt cōfir/
mare ducāt ſeptēnis vel maioris etatꝭ.
et tondeanṫ capilli, maxime cōtra fron/
tes dependentes et lauentur frontes
diligenṫ et habeant bandellos de pan/
no lineo ſpiſſo ſine fractura et ſine nodo
latitudinis triuz digitoꝝ et longitudi/
nis cōpetētis albos et mundos exiſten
tes. exceptis āt pr̄e ⁊ matre offerāt pu/
eros illi qui coꝝ noticiā hn̄t et melius
nouerūt ꝙ nō ſint vel fuerunt cōfirma
ti et tertia die poſt cōfirmationē ducāt
eos ad eccleſiā et preſbyter frontes co/
ruz lauet ⁊ cōburet bādellos ⁊ cineres
bandelloꝝ et aqua lotionis in ſacrū lo/
cū vel piſcinā ſiue lauatoriū reponatur
Cōfirmādi vero ſi fuerint decē ānoruz
vel vltra. prius ſuis ſacerdotibus con/
fiteanṫ ꝙ̄ confirmenṫ. parētes vero cō
firmatoꝝ eis et ipſi confirmati ſibi ſepe
ad memoriā reuocent qn̄ ⁊ vbi fuerint
confirmati. Nullus clericus ad primaz
tonſurā accedat niſi prius fuerit confir
matus.

## De ſacramento extreme vnctionis

Cum reuerētia. aqua benedicta
et cruce precedētibus ſacerdos
deferat oleum ſacrum ad infir/
mos et dicat diligenter ſeptez pſalmos
Si via fuerit longa addat letaniā et a/
lias orationes ad hoc cōſtitutas Et cū
inungit infirmū. ꝓferat iſta verba Per
iſtā vnctionem ⁊c· ⁊ inungaṫ cum reue/
rentia et diſtinctione verborū. Et nihil
pro inunctione exigatur Et ſi quid daṫ
gratis accipiaṫ. Laudabiles tn̄ conſue
tudines in talibus precipimus obſerua
ri. ¶ Moneāt preſbyteri populū vt in/
firmi. xiiij. annos et ſup̄ habentes cum
opus fuerit inunganṫ. Nec ꝓpter paup
tatem nec defectū cādelarum vel indu/
mentoruz lineorum que in hoc ſacramē
to ſolēt cū reuerētia exhibēi a ſacerdo/
te vel quouis alio inunctio dimittatur
Sufficit eni vna cādela. Et ꝙ infirmi
inuncta mēbra ſingulariter ⁊ diligēter
extergantur cum ſtuppa que poſt exter/
ſionez in igne comburatur.

## De ſacramento euchariſtie ſiue altaris

Recipimus vt omnes ſacerdo
tes in veſtibus mūdis ſacerdo/
talibus et benedictis reuerenṫ
mundo et cōtrito corde et confeſſi ſi cō
mode fieri pōt accedant ad miſſam cele
brandā. ¶ Item ſtatuimus ſub pena ex
communicationis ne aliquis ſacerdos
miſſam celebrare audeat niſi prius dixe
rit matutinas ⁊ primā de die. ¶ Item
precipimus ne aliquis ſacerdos ſine cal
ciamentis vel caligis ad altare accede/
re audeat pro celebratione miſſe. ¶ Itē
diligenter caueant ſacerdotes ne cum
conſcientia in mortali peccato cōſtituti
accedāt ad miſſam celebrandā. ꝙ ſi talū
ter māducauerint corpus domini ⁊ bi/
berint eius ſanguinem iudiciuz eterne
damnationis ſibi māducant et bibunt
¶ Item miſſale inuoluatur camiſia vel
pāno lineo et apponāt puū manutergiū
quo preſbyteri nares vel faciem tergāt
ne cōtingat ſacra veſtimenta maculari
q̄ integra et munda. vt eſt dictū. precipi
mus cuſtodiri. ¶ Itez loca circa altare
ab aranearuz telis ⁊ pulueribus ac ce/
teris immundicijs ſepius emundentur
¶ Item precipimus vt ſurſum ſuper al
tare ad latitudinem et longitudinem al
taris pannus lineus albus extendatur
vt protegat ⁊ defendat altare ab oībus
inmundicijs deſcendentibus.

¶ Jtem cortine in lateribus altaris vtriſq; appendātur nec in aliquo tempore ſacrificij retro trahantur. ¶ Jtez ꝑcipimus vt calix ſit integer cum firmo pede non titubās. Et ſacerdos ſine clerico miniſtrante in altari celebrare aliquatenus nō preſumat. ¶ Jtem ampulle vini et aque integre et munde intus et exterius obſeruentur et aliquo ſigno notabili diſtinguātur vt vinuz ab alio cognoſcatur. et vinuz in ampullis de tertio in tertium diez renouetur ¶ Jtē ſacerdos ſit diligens in electione hoſtie cōſecrāde vt ſit integra ſolida et nō nimis vetuſta. et in appoſitione vini et aque diſcernat ſacerdos ꝑ odorē quid ſit vtrūq;. Et de aqua apponātur due gutte vel tres. ¶ Jtez precipimus vt ſacerdotes attente reuerēter et diſtincte legant et dicant in canone que ſunt dicenda. Et expediant ſe q̄ntocitius poſſunt propter tedium aſtantium et alia q̄ occurrere poſſent et faciant ſigna ſua diſtincte ⁊ reuerenter. ¶ Jtē nullus ſacerdos eleuet hoſtiā ad oſtēdendū ꝑplo niſi poſtq; dixerit hec ꝟba. Hoc eſt eniz corp⁹ meū. et pulſet nola trib⁹ ictibus ex vna ꝑte vt fideles vbicūq; fuerint veniant et adorent. ¶ Jtem ſi ſacerdos cum venerit ad conſecrationez ſanguinis vel etiā ad perceptionez et nihil in calice inueniat innuat ⁊ offeratur ei vinum et aqua quibus appoſitis dicat verba canonis ab illo loco. Simili modo poſtq; cenatuz eſt ꝛc. vſq; ad finez et faciat ſigna que fieri ſolent ſuꝑ ſanguinē Alia autem que facta ſunt ſuper euchariſtiam nō reiteret ſed modo conſueto tranſeat. Jlle autez per cuius negligētiaz hoc euenerit tribus diebus in pane et aqua ieiunet et vnuz pſalterium dicat. ¶ Jtez ſi ꝑ caſuz mortis egritudinis vel paſſionis aliquid inopinatuz euenerit et ſubitaneuz contingat ꝙ ſacerdos inceptum myſteriuz explere nō valeat. licitū ſit alteri ſacerdoti exequi et perficere conſecrationez officij incepti qḋ ibidē incipiat ſi ſcire poterit vbi alter deſtitit niſi incepta collecta nōduz ꝯplecta vel inceptis verbis ſacramenti nondū ꝯplectis ꝑdictus caſus contingat tunc eniz a capite illaz collectaz vel ſacramenti verba reincipiat vt ſic ſaluti humane fragilitatis et ſacris myſterijs ne interrupta vel incōpleta remaneant conſulatur. Si autez dubitet an hoſtia a primo ſacerdote caſum paſſo conſecrata fuerit. vel ne ſubſtitut⁹ ſacerdos nouaz oblationem offerat. Et ſolito more conficiat et poſt miſſam primaz hoſtiaz ſumat. Jdem de calice fiat et de eo qḋ in calice reperitur. ¶ Jtez precipimus ſub pena excōmunicationis quam ferimus in his ſcriptꝭ. ne aliquis ſacerdos bis in die miſſam celebret niſi in caſu vrgentis et magne neceſſitatis et in quibus ius ꝑmittit. Et tunc in prima miſſa poſt perceptionez ſanguinis nō vtatur ablutione vini et aque. ſed reſeruet in tuto et honeſto loco vt eaz accipiat in ſecunda miſſa. vel det honeſte perſone ieiune quā nouerit ad hoc eſſe paratā.

¶ Jtē ſi qḋ de ſāguine vel corpore dn̄i ceciderit ſuper pallā altaris. illa ꝑs abſcīdatur et cōburatur. et cinis in ſacruz locuz vel piſcinā proijciatur. Et ſi ꝑs corporalis intincta fuerit ſanguine. ter diligenter abluat et aqua ablutionis a preſbytero vel alia perſona religioſa et ieiuna ſumatur. Et poterit dicto panno vti ſicut prius.

¶ Jtem ſi gutta ſanguinis ſuper veſtimentum ceciderit illa ꝑs abſcīdatur et comburatur. et cinis in ſacrum locum. ꝛc. vt dictum eſt. Si ſupra lignum vel lapidem ceciderit illa pars ſi commode fieri poteſt ablingat a ſacerdote et poſtmodum radatur et illa raſura in ſacruz locum vel piſcinā reponatur.

¶ Jtē ſi in ſanguine muſca vel aranea

vel aliquod abhominabile ceciderit qḋ
vix ſine vomitu ⁊ periculo corpis ſumi
poſſit caute extrahatur. Et ſuꝑ patenā
vel calicem aliū abluatur cum vino et
poſt ſanguinis ſumptionem et ablutio/
nem illa lotio in piſcinam mittaꝝ ⁊ be/
ſtia vel vermis ſuꝑ piſcinā cōburaꝝ. et
cinis in piſcinā ſiue lauatoriū mittatur.
¶ Item ſtatuimus vt pixis in qua cor/
pus dn̄i reſeruaꝝ vel ad īfirmos defer/
tur ſit aurea argentea eburnea. vel ad
minus cuprea bene elimata et ſemꝑ li/
neus pannꝰ albus et mūdus infra pixi/
dem ponatur ſiue collocetur. ¶ Itē p̄/
cipimus vt cū aliquis infirmus cōicare
voluerit. Qꝫ ſacerdos ſi comode fieri p̄t
prius eū viſitet ſine corpe dn̄i. et diligē
ter confeſſionem infirmi audiat. ⁊ poſt
ad eccleſiā redeat ad communicandum
infirmū corpus domini allaturus ⁊ eat
ſacerdos dicendo ſeptem pſalmos. et ſi
via fuerit lōgior addat letaniā et alias
orationes. Incedat āt ſacerdos ad cōi/
canduꝫ infirmū cū cāpanula et lucerna
vel candela p̄cedente. Et fideles qui ꝓ
deuotione occurrē voluerint expectan
tes erūt an̄ oſtium infirmi donec cōica
tus fuerit et redeant ad eccleſiā reuerē
ter et orent. quilibꝫ āt fidelis ſi deuote
fecerit hāc proceſſionē decē dies indul
gentie ꝓ eundo et redeūdo habeat. Cū
āt ſacerdos corpus dn̄i de nocte porta/
uerit mulieres ip̄m aliquatenus nō ſe/
quanꝝ. Qui āt hanc proceſſionē turba/
uerit vel minus reuerenter in ea ſe ha/
buerit ꝑ cenſuram eccleſiaſticā compeſ/
catur. ¶ Itē precipimus vt ſacerdos
venerabiliter et ſublimiꝝ ſuppoſito de/
centi coopculo ſuꝑ vas in quo corpus
dn̄i defertur deferat ad infirmū. Si in/
firmus frequenter et ex leui cauſa vo/
mitum patiatur nullatenus ei corpus
domini cōferatur. ſed credat et ſufficit.
quia ſpūaliter accipit. ¶ Itē precipimꝰ
ꝙ quilibꝫ ſacerdos anteꝙ̄ communicet
infirmum interroget eū ſi credat ꝙ ſub
illa forma et ſpecie panis ſit corpus do
mini. natuꝫ de virgine. paſſum in cruce
et tertia die ſuſcitatum. Quod ſi infir/
mus fuerit cōfeſſus verbo vel euidenti
ſigno communicet eum ſacerdos ſi alia
cauſa nō obſiſtat. Item ſi cōicatus euo/
muerit ꝑtes diligenter et caute que re/
periri poſſint colligaꝝ et contrite cum
vino ab aliquo fideli ſumantur. reſiduū
vero vomitus cōburaꝝ et ponatur in
terram iuxta altare vel alibi vbi como/
de fieri poterit. Item cum corpus do/
mini defertur fideles corā quibus de/
fertur ſi comode fieri poteſt genua fle/
ctant. pectora tūdāt. et inclinato capite
iunctis manibus et leuatis reuerenter
adorent. Equitantes vero nō dedignē/
tur deſcendere de equis ſuis ad adoran
dum eum qui pro eis deſcendit de celis
¶ Item precipimus vt eucharistia ſer
uata pro infirmis ſingulis quindenis
renouetur. et corpus domini ſuper alta
re in honeſto loco clauſum cum claue
ſollicite et diligenter cuſtodiatur.
¶ Itē precipimus vt ſacerdotes ſuos
ſubditos doceant vt cum venerint ad
cōicandū in die paſche vel alias ieiuni
deuoti ac confeſſi accedant et caueant
ſacerdotes ne alienum vel extraneum
ꝓchianum cōmunicent niſi ſit viator
et peregrinus. vel niſi cōicandus licen
tiaꝫ ſui proprij ſacerdotis habeat. quaꝫ
licētiā qlibꝫ viator vel peregrinus pe/
tere debet a ꝓprio ſacerdote in ſuo re/
ceſſu qḋ ſi nō fecerit ꝓpter hoc cōmunio
nō denegetur. ſed pro negligentia peni/
tētia ei iniūgatur. Item nullus fidelis
arcendus et remouendus eſt a commu
nione niſi fuerit excommunicatus vel
interdictus vel aliquo notorio crimine
notatus.
¶ Item precipimus vt ſumpta eucha/
riſtia ſacerdos habeat calicem prepara/
tum cum vino et aqua. de qua commu/
nicantes ſumant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De ſacramento confeſſionis ⁊ peni/tentie et coꝝ attinentijs.

Recipimus vt ſacerdotes par
rochialiũ eccleſiarum. ſubditos
ſuos frequenter amoneant et in
penitẽtia iniũgant vt ad cõfeſſionẽ ſe/
pe veniãt. Et prius ꝗ̃ veniant ad con/
feſſionẽ diligẽter ſcrutent̃ corda ſua cõ
fiteri volẽtes. Peccata ſua ſollicite re
memorent Et cũ dolore ⁊ vultu ſuppli/
ci ad cõfitendũ accedant. q̃ſi ad dei iudi
ciũ. Sacerdotes ãt vt dei miniſtri cir/
ca cõfeſſionẽ audiendã et penitentiam
iniungendã maximã adhibeãt diligen
tiam. vt attẽte diligẽter et cũ modeſtia
audiãt cõfitentẽ. ¶ Itẽ ad cõfeſſionez
audiendã cõmunẽ et aptũ locũ in ecc/
cleſia vt ab oĩbus videri poſſint ſibi eli
gant ſacerdotes In locis ãt obſcuris ⁊
tenebroſis cõfeſſiones nõ audiãt. Nec
extra eccleſiã niſi in magna neceſſitate
vel infirmitate. Contrariũ faciẽtes ſen
tentiã excõicationis ſe nouerint incur/
ſuros ¶ Itẽ precipimus vt ſacerdotes
ante ſolis ortum vel poſt ſolis occaſum
nullatenus ad cõfeſſionẽ ſedeãt niſi in
magna neceſſitate et in loco illuminato
et aliquibus p̄ñtibus. ¶ Itẽ p̄cipimus
ſub pena excõicationis vt ſacerdotes
in audiendis cõfeſſionibus vultũ hui/
lem habeant et oculos ad terrã nec fa/
ciem reſpiciãt cõfitẽtis et maxime mu
lieris. ¶ Itẽ ſacerdotes moueant et do
ceant ſubditos ſuos vt humiliter ⁊ cor
de cõtrito oculis in terrã defixis cõfi/
teant̃. Et mulieres cooptis capitibus ⁊
collis ſubmiſſa voce pure et ĩtegraliter
peccata ſua cõfiteãt̃. ¶ Itẽ ſacerdotes
mulierẽ q̃ ſola ſit in eccleſia nullatenus
andiant cõfitentem ſed in cõſpectu ho/
neſte ſocietatis. Cõtrariũ faciẽtes ipo
facto ſententiã excõicationis ſe noue/
rint incurſuros et inſuper tribus die/
bus in pane et aqua ieiunent. ¶ Itẽ p̄/
cipimus vt ſacerdotes induti ſuppelli/
cio vel cappa ſtola ſuppoſita ad cõfeſſi
onẽ ſedeant ¶ Itẽ ſub pena excõicati/
onis p̄cipimus ne aliquis ſacerdos au/
diat cõfeſſionẽ mulieris cũ qua peccaue/
uit. nec etiã conſocias aut fautores vel
mediatores peccati ſui. ſed mittat eos
et eas ad honeſtos et diſcretos cõfeſſo/
res. ¶ Item precipimus vt ſacerdotes
manſuete audiãt confeſſiones et de con
ſuetis peccatis ſigillatim diligenter in/
terrogent et de circũſtãtijs peccatorum
De inuſitatis ãt noiatim nõ inquirant
ſed ꝑ cõmunia verba ex quibus confi/
tens ſi reus eſt peccati poſſit intellige/
re quid dicatur vt ſic intelligens cõfi/
teatur. Si autem reus nõ fuerit de il/
lo nõ tentetur. ¶ Item ſacerdotes di/
ligenter inſtruant et moneant confitẽ/
tes vt integraliter et diſtincte mortalia
peccata et circũſtãtias eorum que pec/
cata aggrauant et peccatum per ſe faci/
unt confiteantur vt eſt ſacer ordo ſa/
cer locus circa peccatum luxurie et cõ/
cupiſcentie que omnia notantur in hoc
verſu. Quis. quid. vbi. cum quo. quo/
tiens. cur. quomodo. quando. Venia/
lia autem peccata ſufficit ſummatim ac
generaliter confiteri.

¶ Item precipimus vt ſacerdotes no/
bis vel illi cui vices noſtras pro tem/
pore in ſpũalibus cõmittimus maiora
peccata et iniunctionem penitentie ꝓ
eiſdem reſeruẽt vt ſunt homicidia Sa/
crilegia Incendia eccleſiarum Peccata
contra naturã. Defloratio virginuz cũ
violentia Concubitus ſanctimonialiũ
conuerſarum incluſarum vel aliarum
mulierum religioſarum inceſtus. Inie/
ctiones manuum in parentes vel eccle
ſiaſticas perſonas Sortilegia Venefi/
cia Periuria manifeſta Fidei et votoꝝ
trãſgreſſores. ſymonia. heref. apoſtaſia.
Et magne blaſphemie ſcrioſe facte. in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dubijs aūt ſacerdotes ſemper conſulēt
nos vel vicem noſtraꝫ in ſpūalibus ge
rentem aut alios ſapientes viros non
prodēdo aut reuelando cōfitentem ſed
in genere quorum cōſilio penitentē ab
ſoluant aut ad aliū mittant. ¶ Iteꝫ au
dita cōfeſſione ſacerdos ſemꝑ interro/
get cōfitentē ſi velit abſtinere ab omni
mortali peccato. ⁊ hoc ei cōſulat ⁊ mo/
dis quibus pōt inducat et ſi confitens
dixerit ſe nolle vel nō poſſe abſtinē nō
abſoluat cum nec ei penitētiā iniūgat
ſed moneat vt interim faciat quicquid
boni poſſit. vt deus cor eius citius il/
luſtret et ad penitētiam reducat Cōſu/
lat ei etiā ſacerdos cū diligētia moduꝫ
vnuēdi per quem poſſit a peccato faci/
lius abſtinere Sacerdotes etiā in iniun/
gēdis penitētijs diſcretionē habeant.
vt penitētias ſm magnitudinē et q̄li/
tatē peccati et poſſibilitateꝫ cōfitentis
peccatoribus iniungant. Pro peccatis
carnalibus iniūgāt penitētias corꝑales
ſicut eſt ieiuniū peregrinatio diſciplina
et ſilia. Pro ſpūalibꝰ āt negligētijs in/
iūgāt orationes et elemoſynas et medi
tationes peccatis ſuis ↄ̄trias. In aſſum/
ptione rei aliene vel in dāno alijꝰ illato
ꝑ furtuꝫ rapinā vſuraꝫ ꝑ fraudem ꝑ in
iuſtā exactionem ꝑ falſam teſtificationē
et alios modos de quibꝰ ſacerdotes di/
ligenter inquirāt et ꝑmo et ꝑcipue iniū
gant reſtitutiōes fieri his q̄s predictis
modis dānauerūt vel leſerūt ſi faculta
tem hñt vel cum facultatē habuerint ſi
in pñti nō pñt aliter eos nō abſoluant.
¶ Item ꝑcipimus ſub pena excōicatio
nis quā in his ſcriptis ferimus in ſacer
dotes q̄ ↄ̄triū fecerint ne cōfeſſores cu/
iuſcūq3 cōditiōis vel ſtatꝰ cōfitentibꝰ
noie reſtitutiōis ꝑ penitētia iniūgant
vt eccleſias capellas vel cenobia inſti/
tuāt vel eccleſijs legata faciāt ſed priꝰ
reſtitutioneꝫ vt ꝑdictū eſt. faciāt illis a
quibꝰ extorta ſūt ſi inueniant̄ vel here/
dibus eoꝝ. Alioq̄n ad arbitriū nr̄m vel
nr̄i penitētiarij erogent̄. ¶ Itē ſub pe
na predicta prohibemus ſacerdotibus
ne miſſas q̄s penitētibus iniūxerint a/
liquatenꝰ celebrēt ſed ad alios mittant
Nec ſacerdotes inter ſe faciāt cōuen/
tionē de miſſis celebrādis vt mutuo ꝑ/
rochianos ꝓ celebrādis miſſis trāſmit/
tant. ¶ Itē diligent̄ in cōfeſſione caue
ant ſacerdotes vt ſi cōfitentes peccata
aliquoꝝ reuelauerint vel noīa eoꝝ indi
cauerint cū quibꝰ peccauerit ſecrete te/
neāt ſicut peccatū cōfitētis ¶ Itē ſub
pena excōicationis oībus ſacerdotibus
inhibentes ne a cōfitentibus noīa eoꝝ
cum quibus peccauerint inquirant vel
circūſtātias ꝑ q̄s poſſint nomina eoruꝫ
ſciri. Quod ſi fecerint ab officio cōfeſſi
onis audiende et ſacroꝝ miniſterioruꝫ
ipo facto ſe nouerint eſſe ſuſpēſos. Et
in principio cōfeſſionis ſacerdotes di/
ſtricte inhibeant cōfitentibus ne pecca
ta aliorum cōfiteantur vel reuelēt. aut
nomina eorum cum quibus peccauerit
exprimāt vt dictū eſt. ¶ Itē nullus ſa/
cerdos ex ira odio vel etiam metu cor/
poris cōfeſſionem audeat cōfitentis re
uelare verbo vel ſigno generaliter vel
ſpecialiter dicēdo. Et ſi reuelauerit ali
quo mō. de hoc cōuictus debet abſq3 mi
ſericordia degradari. Si tamen indi/
geat conſilio illud vt dictum eſt abſq3
expreſſione perſone caute requirat.
¶ Item precipimus vt omnes ſacer/
dotes parrochialium eccleſiarum fre/
quenter et diligenter ſubditos ſuos v/
triuſq3 ſexus ammoneant vt poſtq̄ ad
annos diſcretionis peruenerint omnia
peccata ſua integre et ad minus ſemel
in anno confiteantur proprio ſacerdoti
ꝑochiali et iniunctam eis penitentiam
ſtudeant adimplere ſuſcipiendo ad mi
nus in paſcha euchariſtie ſacramētū Ni
ſi de cōſilio proprij ſacerdotis ob aliq̄
cauſam rationabilē duxerint abſtinēdū
Alioq̄n viuētes ab ingreſſu eccl'ie ar/
ceāt̄. morientes chr̄iana careāt ſepultura

Si quis aũt proprio ſacerdoti ꝓchia
li ad minus ſemel in anno plene et inte
gre cõfeſſus nõ fuerit. precipimus ꝙ ſa
cerdos in paſcha ei ſacramentũ minime
adminiſtret. ¶ Itẽ ſacerdotes diligen/
ter attendãt q̃ ꝓchiani eorũ ſaltem in
ãno ſemel ad cõfeſſionem nõ veniãt. et
noĩa illoꝝ ad nos vel officiũ nr̃m ſeu ad
ordinariũ loci referant vt debite puniã
tur ne ab ipis ſacerdotibus notã negli
gentie requiramus ¶ Hoc ãt ſtatutum
frequẽter in eccleſijs p̄cipimus publi/
cari. Ne aliq̃s ex ignorãtie cecitate vel
lamẽ excuſatiõis aſſumat. Si q̃s tñ ali/
eno ſacerdoti iuſta de cauſa voluerit cõ
fiteri licẽtiã primo poſtulet et obtineat
a ꝓprio ſacerdote Ita tñ ꝙ ſemel ad mi
nus in ãno ꝓprio ſacerdoti plene et in/
tegre cõfiteat̃. Sacerdos ãt cautus et
diſcretus ſit vt more periti medici ſuꝑ
infundat oleũ et vinũ vulneribus ſau/
ciati diligẽter inquirens peccatoris cir
cũſtãtias et peccati. ex quibus prudent̃
intelligat q̃le debeat peccatori prebere
cõſilium ad ſanãdũ egrotũ.

## De ordinibus et qui ad ordines ad/ mitti debeãt.

Tatuimus vt oẽs clerici ad ali
quem ſacrũ ordinẽ ordinãdi. ie/
iuni diligẽter ante ordines vel
ordinis ſuſceptionẽ integraliter pecca
ta ſua cõfiteãtur vt mundi mẽte et cor/
pore gratiã recipiãt ãpliorẽ. ¶ Itẽ p̄ci
pimus ſub pena ſuſpenſiõis et excõica/
tiõis ne aliquis ad ſacrũ ordinẽ prefici
endus vt hactenus viſum eſt epl̃a vel
euãgelio lecto et ordine ſuo recepto re/
cedere audeat prius q̃ȝ officium miſſe
totaliter ſit expletũ. ¶ Item oẽs illi q̃
ordinẽ ſacrũ vel nõ ſacrum ab alienis
epis receperint nr̃a ſuꝑ hoc ſpẽali licẽtia
nõ obtẽta executioneȝ ordinis ſibi no/
uerint interdictã. ¶ Iteȝ denũciamus
oĩbus qui gaudere volũt ꝑuilegio cle/
ricali alicuius ordinis clerica lis ꝙ nos
ipos nõ defendemus pretextu priuile/
gij clericalis vel ordinis niſi tꝑe q̃ paſſi
fuerint iniuriã tõſurã et habitũ detule
rint clericalẽ. ¶ Item p̄cipimus ne ali
quis decanus chriſtianitatis presbyte/
ros ab alienis epis q̃buſcũq; et dioceſ
Coloñ ordinatos ꝑmittat in ſuo deca/
natu aliq̃tenus celebrare niſi ꝑ lr̃as no
ſtras oſtendere poſſint a nobis ſuꝑ hoc
ſe licẽtiã vel diſpẽſationem habuiſſe
¶ Itẽ diſtricte ꝓhibemus ſub pena ex
cõicatiõis ne aliq̃s furtiue ad aliquem
ordinẽ accedere audeat. ne plures ordi
nes vna die aliquis recipiat. Qui ꝯtrariũ
fecerit ſciat ſe executionẽ ſuſcepti ordi/
nis nõ hr̃e ⁊ irregularis efficitur ſi mi/
niſtrauerit in ordine ſic ſuſcepto. Item
prohibemus ne aliquis per ſaltum ſe fa
ciat promoueri.

## De matrimonio et eius attinentijs.

Rohibeãt frequenter ſacerdo/
tes oĩbus ſubditis ſuis ſub pe/
na excõicatiõis ne fidẽ ſibi dẽt
clandeſtine et in occulto ſuꝑ matrimo/
nio ꝯhendo vel etiã clam ꝯhant matri/
monium ſed publice coram presbytero
et corã pluribus hoc faciant et ſi aliter
fidem dederint de ꝯhendo vel cõtrace
rint. ipi quos in his ſcriptis excõica/
mus denuncientur excõicati. ¶ Itẽ ex
cõicamus oẽs qui clãdeſtinis nuptijs
interfuerint niſi infra mẽſeȝ nobis vel
officĩ. nr̃o vel ordinario loci hoc reuela
uerint. Et ſciãt oẽs ꝙ ſi aliquẽ q̃ hmõi
clãdeſtinas nuptias celebrat. vel talibꝰ
nuptijs interfuerit. nos et officialis nr̃
vel archidiaconꝰ ſcire poterimus eum
ſeueriſſime puniemus. Iteȝ p̄cipimꝰ ꝙ
oẽs ſacerdotes ſingulis diebus dñicis
excõicẽt oẽs illos et illas. qui vel que
cõtra matrimonium iam cõtractum vel
etiã ſuꝑ matrimonio ꝯhendo teſtimoni
um falſum tulerunt. Precipimus etiã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝗ diſtricte officiali noſtro et ordinarijs
locorum qui pro tp̄e fuerint iniungim⁹
ꝙ ſi tales inuenerint qui vel q̄ vt dictū
eſt falſum teſtimoniū tulerint ꝯ mr̄imo
niū iā cōtractū vel etiā ꝯhēdū eos vel
eas ligatis a tergo manibus. ⁊ carta in
collo ſup̄ ſcalaꝫ in loco publico poni fa
ciāt vt p̱ hoc coꝝ falſitas oībus inno/
teſcat. Et volumus ꝙ in ſcala ꝑmaneāt
ab hora p̄me vſqꝫ ad horā veſpaꝝ. Et ſi
neceſſe fuerit in hmōi caſu volumus in
uocari brachiū ſeculare. Qδ ſi inuocatū
fuerit ſub pena excōicationis p̄cipim⁹
exhiberi. ¶ Itē excōicam⁹ oēs illos et
illas qui aliq̄d dederint vel aliq̄d acce
perint ꝓ impedimētis matrimonij non
reuelādis. vel q̄ p̄ce p̄cio gratia vel fa/
uore impedimētū mr̄imonij celauerint
Et iſta excōicatio a ſacerdotibus in ec/
cleſijs recitet̄. ¶ Itē p̄cipim⁹ excōicari
frequēter illos ⁊ illas q̄ ꝯ mr̄imonium
iā contractū. ſortilegia incātatiōes. vel
maleficia faciūt vel fieri ꝓcurāt ¶ Itē
p̄cipimus cū aliqδ mr̄imoniū fuerit ce/
lebrādū. ꝙ tribus diebus feſtiuis in ec/
cleſia poſt euāgeliuꝫ a ſacerdote in cui⁹
ꝓchia ē celebrādū matrimoniū publi
ce ꝓclametur ꝙ tales volūt ꝯhere ma
trimonium. Si aliq̄s ſit qui ſciat legiti/
mū impedimētū int̄ eos. ꝓponat anteq̄
hmōi mr̄imoniū ꝯhatur. Et hoc ſub pe
na excōicationis. ſubditis ſuis p̄cipiāt
ſacerdotes. Et ipi ſacerdotes ſilr̄ de hu
iuſmodi impedimētis inquirant. Si āt
apparuerit ꝓbabilis cōiectura cōtra ma
trimoniū contrahendū contractus int̄/
dicat̄ expreſſe donec nos vel officialis
noſter ſeu ordinarius loci. quid ſup̱ hoc
fieri debeat conſulatur.

## De ſepulturis et cemiterijs.

Tatuimus vt nullus excōica/
tus ⁊ publice nunciatus in ce/
miterio ſepeliat̄. Et ſi factū fue/
rit extumulet̄ mortuus. et cemiteriū il/
lud maneat interdictū. ¶ Itē prohibe/
mus ſub pena excōicationis late ſentē/
tie ne aliquis in cemiterio interdicto
ſepeliatur. et ne aliquis ſepulture tali
interſit. Laici autēꝫ quicunqꝫ tali ſepul
ture interfuerint excōicationis ſentē/
ntiam quā ſup̱ hoc ferim⁹ incurrāt ipo
facto et excōicari publice nūcient̄. Cle
rici vero q̄ interfuerint ſentētiā ſuſpē/
ſiōis ab officio quā in eos ferimus ipo
facto ſe nouerint incurriſſe ¶ Itē emu
nitates eccleſiarū ⁊ cemiterioꝝ inuiola
tas et incōtaminatas. p̄cipimus ab oī/
bus obſeruari. penas contra violato/
res ipaꝝ emunitatū innouātes ⁊ ſer/
uari mādantes q̄s felicis recordatiōis
p̄deceſſor nr̄ dn̄s Engilbert⁹ archiep̄s
in ſuis cōſtitutiōibus ordinauit ¶ Itē
cemiteria munita et clauſa cuſtodiātur
ne a porcis vel alijs aīalibus oſſa mor/
tuorum comedātur. Et volumus vt in
ſpeciali loco, oſſa mortuoꝝ fideliter re/
ponātur. ¶ Itē eccleſias vel cemiteria
a laicis cuiuſcūqꝫ cōditiōis fuerint. vel
ſtatus ad leſionē alioꝝ muniri vel inca
ſtellari. ſub pena excōicationis late ſen
tentie firmiter prohibem⁹. ⁊ q̄ cōtra fe/
cerint p̱ locoꝝ ordinarios excōmunica
ti pubice nūcient̄. ¶ Iteꝫ ſtatuim⁹. ſub
pena excōicationis p̄cipimus obſerua/
ri. vt quotiens quis in loco religioſo ſe
pulturā elegerit corpus p̄mo p̄ntetur
ꝓchiali miſſe. et tūc celebrata miſſa de
ferat̄ in locū in quo elegit ſepulturam.

## De bonis eccleſiarū nō alienādis.

Recipimus diſtricte ſub pena
excōicationis quaꝫ ferimus in
his ſcriptis in hui⁹ mādati trāſ
greſſores. ne p̄poſiti decani vel preſby/
teri conuentualiū vel ꝓchialiū eccle/
ſiarū. aliq̄ bona de bonis eccleſiarū alie
nent nr̄a ſup̱ hoc ſpeciali licētia ⁊ capi/
tuli nr̄i nō obtenta. et ſi aliter factū fue
rit cōtractū decernimus nō valere
¶ Item p̄cipimus ſub eadē pena vt p̄/
dicte ꝑſone ſi ſciuerint aliqua bona ab

eccleſia alienata ea fideliter et diligent
repetant. et ſi forte ꝓpter pſonaꝝ poten
tiã in q̃s alienatio hmõi facta eſt repetẽ
nõ valeãt. volumus hoc nobis vel of/
ficiali nr̃o nũciari. vt ſup hoc cõpetens
remediũ prebeat. ❡ Itẽ excõicamus in
his ſcriptis oẽs illos q̃ occupant et de
tinent ſine nr̃o et eccleſie nr̃e conſenſu
vel volũtate vel etiã celauerint feuda
redditus vel iura que ad nos vl' ad ec/
cleſiã nr̃aꝫ Coloñ. ꝑtinẽt Niſi infra mẽ
ſem poſt publicationẽ huius mãdati. ꝑ/
dicta nobis reſignent et reuelẽt. ❡ Itẽ
excõicamus oẽs aduocatos eccleſiaruꝫ
⁊ alios q̃licũqꝫ noĩe cenſentur q̃ exacti
ones et ſeruitia indebita eccleſie vel ec
cleſiaſticis pſonis ĩponũt. ❡ Itẽ excõi/
cam⁹ in his ſcriptis oẽs illos cuiuſcũqꝫ
ſint dignitatis vel ſtatus q̃ eccleſie ma/
ioris vel aliaꝝ eccleſiaꝝ nr̃e dioceſ ho/
mines cenſuꝫ capitalẽ ipis eccleſijs ſol
uentes p̄textu aduocationis vel alteri⁹
coloris exactionibus vl' captionib⁹ op/
primũt vel moleſtãt. Aut bona eorum
mobilia vl' imobilia poſt mortem ipoꝝ
inuadũt vl' accipiũt violenter.

De malefactoribus ad
eccleſiã cõfugientibus

Uia nõnulli homicidia muti/
lationes mẽbroꝝ et alia malefi/
cia ꝑpetrãt que non eſſent ꝑpe/
traturi niſi ꝙ ſperant ꝙ ab eccleſijs ad
q̃s cõfugiũt ſe tueri poſſint, et ĩpunita/
tẽ ſuoꝝ exceſſuũ obtinere. Statuimus
ꝙ cõfugiẽtes hmõi ad eccleſias vl' emu
nitates abinde ſine ſpeciali licentia nr̃a
vl' gerẽtis vices nr̃as nullatenus ex/
trahant ſed ſtricte cuſtodiãtur ibidem.
ne inde effugiãt donec factum vel eius
q̃litas nobis vel vices noſtras gerenti
nũcietur. Ipiſqꝫ cõfugientibus nobis
p̄ſentatꝫ. ⁊ eo qd ꝑpetratũ fuerit aucto/
ritate noſtra examinato ad veniã vl' ad
penã contra ipos ꝓut q̃litas facti exe/
gerit ꝓcedat. Alia ãt oĩa et ſingula q̃ a

iure vel predeceſſoribus noſtris de con
ſeruãdis libertatibus eccleſiaꝝ et emu
nitatũ et de violatoribus earũdeꝫ ſunt
ſtatuta. ſynodali ſanctione innouamus
et precipimus inuiolabiliter obſeruari
❡ Itẽ precipim⁹ hmõi ſtatutũ in eccle/
ſijs a ſacerdotib⁹ frequenti⁹ publicari.

De vſurarijs manifeſtis.

Tatuimus vt vſurarij manife
ſti quos nos in his ſcriptis ex/
cõicamus ſingulis dieb⁹ dñicis
ꝑ ꝑrochialium eccleſiarũ ſacerdotes pu
blice nuncientur. Nec ad cõmunionẽꝫ
altaris admittãtur nec oblationes eoꝝ
vel elemoſynas quiſqꝫ r̃cipiat. nec chri/
anã ſi in hoc peccato deceſſerint recipi
ant ſepulturã. Manifeſtos aũt vſurari/
os eſſe dicimus et vocamus qui ꝑ ſen
tẽtiã vel cõfeſſionẽ factã in iure. ac eui
dentiã rei que tergiuerſatiõe celari nõ
poterit cõprobant. Circa vſurarios ãt
qui de receptis vſuris ſatiſfieri ſaltem
vltima volũtate mandauerint ſeruet
conſtitutio dñi Gregorij pape x. cõcilij
generalis que eſt talis. Quãqꝫ vſurarij
manifeſti de vſuris q̃s receperant ſatiſfi/
eri expreſſa quãtitate vel indiſtincte in
vltima volũtate mãdauerint. nihilomi/
nus tamẽ eis eccleſiaſtica ſepultura de/
negetur. donec de vſuris ipis fuerit ꝑ
ut patiunt facultates eorum plenarie
ſatiſfactum. vel illis quibus faciẽda re/
ſtitutio. ſi preſto ſint ipi vl' alijs qui eis
poſſint adquirere. vel eis abſentib⁹ lo/
ci ordinario vel eius vices gerenti. vel
rectori ꝑrochie in qua teſtator habitat
corã aliquibus fidedignis de ipa ꝑro/
chia. Quibus quidem ordinario vica/
rio et rectori. cautionẽ hmõi eorum no
mine liceat preſentis cõſtitutiõis aucto
ritate recipe. Ita ꝙ illis proinde actio
acquiratur Aut ſeruo publico de ipius
ordinarij mandato idonee de reſtitutio
ne ſit cautum. Ceterum ſi receptarum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſit quātitas manifeſta. illā ſꝑ in cautiōe ꝓdicta exprimi volumus. Alioqn aliam recipiētl. cautionē huiꝰ arbitrio moderādā. Jpe tū ſciēter nō minorem q̄ veriſimilit̄ credit̄ moderet̄. et ſi ſecꝰ fecerit ad ſatiſfactionē reſidui teneat̄. Oēs aūt religioſos ⁊ alios q̄ manifeſtos vſurarios ꝯ pn̄tis ſanctionis formā ad eccleſiaſticā admittere auſi fuerint ſepulturā. pene in lateraneñ concilio ꝯ vſurarios ꝓmulgate ſtatuimus ſubiacere. Nullꝰ maifeſtoꝝ vſurarioꝝ teſtamētis interſit aut eos ad cōfeſſionē audiat vel admittat ſiue eos abſoluat niſi de vſuris ſatiſfaciat vel de ſatiſfaciēdo ꝓ ſuaꝝ viribꝰ facultatū preſtēt vt ꝑmittit̄ cautionem. ¶ Jtē ſtatuimꝰ ꝙ nullus oīno aduocatus vſurario in vſuraꝝ cauſis pꝛocinium preſtet niſi iuramentū preſtet ꝙ q̄ cito ſciuerit vel ſcire potuerit cāz eſſe vſurariā. cauſaȝ vlterius nō fouebit. Nec pꝛocinium aliquod ipi vſurario clā vel aperte impꝛtietur.

De clericis in eccleſijs vel capellis celebrātibus ſine noſtra vel archidiaconoꝝ licentia.

Statuimꝰ vt nullꝰ ſacerdos vel clericꝰ in eccleſia ꝓchiali vel capella audeat celebrare ſine noſtra vel archidiaconoꝝ vl̄ alioꝝ ad q̄s hoc ꝑtinꝫ auctē et cōſenſu q̄ntūcūq̄ a pꝛonis vel ab eis q̄ ſe pꝛonos eſſe cōtēdūt. ad h̄ licētient̄ vel ꝑmittāt̄. Et q̄cūq̄ clericꝰ vel ſacerdos ꝯtrꝫ fecerit excōicatiōis ſniaȝ. quā ꝓpt̄ h̄ in ipꝫ ferimꝰ in his ſcriptis incurrat ipo facto. Et ſi in delicto ꝑſeuerādo excōicationē ipaȝ ſuſtinuerit ꝑ ſeptē dies. extūc tā q̄ irregularis ad bn̄ficiū vel diuinoꝝ celebrationē nō admittat̄ Niſi priꝰ cū narratione fc̄i diſpēſationis lr̄as a ſede aplica ipm contingat repoꝛtare. ¶ Jtē ꝓhibemꝰ ſub pēa excōicatiōis late ſnīe ne aliquis ſacerdos ſecularis vel regularis ꝑochiā aliquā teneat. vel de cetero tenere audeat. ad quam legitime non ſit pn̄tatꝰ ꝑ nos vel archidiaconos locoꝝ vel alios ꝓut h̄ ad nos ꝑtinꝫ inſtitutꝰ. ¶ Jtem ne aliquis beneficiuꝫ recipiat de manu laicoꝝ. Qui vero ꝯtrꝫ fecerit cū amiſſione beneficij ꝑiculo ſubiaceat ſui gradus. Preſentationes tū laicoꝝ nō repꝛobamus in quibꝰ ius obtinēt patronatus. ¶ Jtē pꝛohibemus ne aliq̄s ſacerdos cōpetens beneficiū hn̄s cū cura vel ſine cura de quo valeat cōmode ſuſtentari eo beneficio dimiſſo ad eccleſiā alienā tā q̄ vicarius vel mercēnariꝰ audeat ſe trāfferre. Cōtrariū faciētes ꝑ archidiaconos locoꝝ vel alios ꝓut hoc ad eos ꝑtinet. volumꝰ ꝑ cenſurā eccleſiaſticam ab ipis vicarijs ſi neceſſe fuerit remoueri.

De executione mādatoꝛum noſtroꝝ et curie noſtre Colonienſ.

Recipimus diſtricte ſub pena excōicationis late ſententie in his ſcriptis ꝙ decani chꝛiſtianitatū et ſacerdotes ꝑochialiū eccleſiarum vel vices eoꝝ gerentes. et oēs alij cuiuſcūq̄ ſint cōditionis et ſtatus. ꝙ mādata nr̄a et curie nr̄e et archidiaconoꝝ nr̄oꝛuꝫ ꝓut eis ſubſunt fideliter et viril̄ exequāt̄ Et ſi timeāt ꝙ malū aliq̄d ꝑ aduerſariū vel ſecularem iuſticiā vel quecūq̄ alium debeat inferri poꝛtitori mādatoꝝ caute expediāt ipm ⁊ poſtmodum mādata curie nr̄e adiplere ꝓcurēt ¶ Jtē ꝑcipimus ſub pena excōicatiōis late ſnīe in his ſcriptis oībus et ſingulis ſacerdotibꝰ ꝑochialibꝰ vel eoꝝ vices gerētibꝰ ꝙ ſingulis diebus dominicis accenſis cādelis et pulſatis cāpanis publice et ſolēniter excōicent oēs illos q̄ ꝑturbāt iuriſdictionē curie Coloñ. et q̄ impediūt quo minus nos iuriſdictione nr̄a vtamur libere et quiete. Et exponāt pꝛeſbyteri ſinguli ī ſuis eccleſijs ſuis ꝑochianis in quibꝰ ītelligat̄ iuriſdictio hmōi ꝑturbari. videlꝫ infdicēdo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prohibendo inhiberi faciendo vel ſtatuendo ne aliqui in curia noſtra cauſam ſuã exequãtur. ¶ Itẽ arreſtãdo capiendo vel capi faciendo ꝑ iuſticiã ſecularẽ latores mandatoꝝ curie nr̃e vel illos q̃ in curia nr̃a ſuos aduerſarios trahunt in ius vel verberãdo vł verberari faciẽdo vel cõminãdo vel lr̃as curie nr̃e rapiẽdo vel lacerãdo vel etiã alia faciendo. ꝑ que ꝓceſſus negocij valeat retardari. Cõtrariũ faciẽtes quos in his ſcriptis excõicam⁹ ꝑ plebanos locoꝝ vbi p̃miſſa ꝑpetrata dinoſcunt̃ excõicati nominatim et publice in ipoꝝ eccleſijs nũcientur. Et ſi dicti excõicati in ipa excõicatione ꝑ ſeptẽ dies mãſerint ipm locũ et eccleſiã quẽ et quã in his ſcriptis eccleſiaſtico ſupponimus interdicto ipe locus et eccleſia denũcient̃ publice ab eiſdẽ locoꝝ plebanis interdicto eccleſiaſtico ſubiacere. ¶ Itẽ p̃cipim⁹ ſub pena excõicationis late ſnĩe vt eccleſiarũ rectores vel eoꝝ vices gerẽtes ſigilla propria habeãt et ꝓcurẽt infra menſez vnũ ab hac die numerãduz. Et q nihil recipiãt nec exigãt a litigatorib⁹ ꝓ executione mãdatoꝝ hm̃oi facienda.

De teſtamentis

Quia executores teſtamẽtoꝝ nõ nũq̃ negligent̃ nõ nũq̃ malicioſe in bonis defũctoꝝ verſant̃. Et q hec et his ſilia. dñt diligentia epĩ emẽdari. Precipim⁹ vt coraz duob⁹ in ſingulis archidiaconatibus a nobis deputãdis executores teſtamẽtoꝝ ſingulorũ archidiaconatuũ in numero et valore bonorũ defuncti de erogatis ab ipis reddãt debitã rationẽ Et cõcedim⁹ his qui a nobis ſup hoc erũt deputati ptãttem vocãdi corã ſe executores p̃dictos et eorum contumaciã ſi venire noluerit ꝑ cenſurã eccleſiaſticã puniendi et exigendi ab eis debitã rationẽ. Si quid ãt fraudis vel negligentie perceperint ad nos referre procurent.

De obſeruatione interdicti qualiter ſit obſeruandum.

Cum plerunq̃ ꝛ cõmuniter circa obſeruationẽ interdictorum pernicioſe hactenus ſit erratuz communi morbo communem volentes adhibere medelã. Statuimus vt quotienſcũq̃ locũ aliquẽ auctoritate noſtra ordinaria vel delegata eccleſiaſtico interdicto ſupponi contigerit omnibus tã extrema vnctio q̃ ſepultura et alia ſacramenta eccleſiaſtica penitus denegentur. Exceptis baptiſmo ꝑuuloꝝ et penitentia morientiũ ac viatico quod morientibus in penitẽtia nõ negatur. Clericos aũt decedentes qui cauſam interdicto nõ dederunt et qui reuerenter interdictum ſeruauerunt in cimiterio ſine campanarum pulſatione ceſſante oĩ ſolennitate cũ ſilentio concedimus tumulari. ¶ Itẽ ſi in aliquã eccleſiã conuentualem latum fuerit interdictuz licitum ſit duobus vel tribus ſił ianuis clauſis voce ſubmiſſa ita q extra audiri nõ poſſint excõicatis ꝛ interdictis excluſis horas canonicas dicere ſi tñ ipi interdicto cauſam aliquã non dederunt Preterea tpe interdicti licitũ eſt eccleſiaꝝ miniſtris ſemel in ſeptimana voce ſubmiſſa clauſis ianuis excõicatis ꝛ interdictis penit⁹ excluſis miſſaz celebrare ad cõficiendum corpus dñi. qđ vt eſt dictũ morientib⁹ in penitẽtia cõferri pt. ¶ Itẽ ſi aliquib⁹ ꝑ priuilegiũ cõceſſuz ſit vt nõ obſtãte interdicto diuinũ pñt celebrare officiũ ſꝫ ſubintelligendũ eſt excõicatis ꝛ interdictis excluſis voce ſubmiſſa ianuis clauſis cãpanis nõ pulſatis oĩ ſolẽnitate p̃termiſſa. ꝛ ita deinceps p̃cipim⁹ inuiolabiliter obſeruari. Et quia nos intelleximus q fr̃es hoſpitalarij et quidã alij aſſerentes ſe habere priuilegiuz q in locis interdictis poſſint diuina celebrare officia. excommunicatis et interdictis noĩatiz exclu-

abutentes hmōi priuilegio in locis in/
terdictis diuina officia celebrare preſu/
munt et indifferenter quoſcūqꝫ admit/
tunt niſi ſpecialiter expreſſis nomini/
bus iporum excōicatoruꝫ et interdicto
rum in ſententia interdicti fiat mentio
irregularitatē ex hoc dānabiliter inci/
dendo vñ ad vitādum deinceps hmōi
errorem illos noīatim interdictos ⁊ ex
cōicatos ſm iura dicimus. ſi caſtrū vil/
la ciuitas vel opidū ſint interdicta. non
noīatim interdicti vel excōicati dicūt
q̄ñ ſic fertur ſententia excōmunico vel
interdico tales cū ſuis ꝑticipibus. ꝑti/
cipes eni nō ſunt excōicati vel intdicti
noīatim. et ideo tales poſſunt admitti
ad diuina niſi notoria eſſet eorū ꝑticipa
tio. tunc nō poſſent admitti ad diuina.
Preterea ꝙ vt intelleximus q̄dā dāna
bili abuſiōe inualuit ꝙ loco aliquo ſup/
poſito interdicto populus vel aliqui de
populo loci interdicti ad vicinas eccle
ſias pro diuinis audiendis accedunt. et
ibidē indifferenter ad diuina et alia ſa/
cramēta eccleſiaſtica a plebanis admit/
tunt correctioni digniſſimū iudicamus
Statuimus igitur ⁊ ſub pena excōica/
tionis firmiē obſeruari p̄cipim⁹ vt die/
bus dñicis et feſtiuis preſbyteri anteq̄ꝫ
miſſaꝫ celebrent. plebē interrogēt. ſi a/
liquis de loco interdicto in eccleſia ſit:
quē ſi inuenerint. ſtatim ab eccleſia abij/
ciāt. preſbyter āt q̄ ꝓprium aut alienum
ꝓchianū excōicatum aut interdictum
ſcienter ad aliquod ſacramentū eccleſi/
aſticū admittit ipo facto ſe nouerit eſſe
ſuſpenſum.

Expliciunt ſtatuta domini Sifridi ar/
chiepi Colonienſ.

¶ Quō et qualiter ſit ſeruādum inter/
dictum. vide plenius infra in ſtatutis
venerabilis dñi Henrici archiepi Colo
nienſ. Cōſtitutione que incipit. Alma
mater plerūqꝫ. ⁊c/ Hec mitigat moderat
⁊ diſponit ordinem et modum ſeruan/
di interdictū. ne ex horum ſtatutorum
ordinatione pericula inſurgant aīarum
Nec eccleſijs debita ſubtrahant obſe/
quia. Ponit et ordinat etiā hec eadem
conſtitutio. Alma mater. dies ac feſta
quibus ſolenniter in omnibus eccleſijs
ob reuerentiam iporum feſtorum hore
ac diuina ꝑſoluantur officia. ianuis ap/
tis cāpanis pulſatis ac etiā interdictis
admiſſis vt in affectum recōciliationis
inclinentur. Excluſis tamē penitus ex/
communicatis. Approbat deniqꝫ idem
Henricus eadem conſtitutione et ſta/
tuto predeceſſorum ſuorum laudabiles
de interdicto conſtitutiones nō obſtan
tib⁹ priuilegijs ac indultis quibuſcūqꝫ
conceſſis. Iſta patebunt conſtitutionē
ipam inſpicieti infra ī ſtatutis Henrici
ſecundario editis. Statuto decimo qđ
eſt de recipiendis quotidianis diſtribu
tionibus tp̄e interdicti.

# Incipiūt capitula

ſtatutoꝝ editoꝝ a reuerēdo pr̄e et dño
domino Wychboldo ſancte Colonienſ
eccleſie archiepo.

Primo de etate et qualitate re/
gentium eccleſias.
Itē de ñ reſidētib⁹ eccliās ſuas
Et de his qui minoris ſunt etatis
Item de alienis et ignotis regentibus
eccleſias.
Item de habentibus plura beneficia
Item de teſtamentis clericorum
Itē de teſtamentis laicoꝝ
Item de legatis fabrice eccleſie Coloñ
et pena celantium legata.
Itē ꝙ qlibꝫ p̄t in lecto egritudinis cō/
dere teſtamētū nō obſtāte q̄cūqꝫ ſtatuto
Itē ꝙ ꝓprietas p̄t legari retento vſu/
fructu nō obſtāte quocūqꝫ ſtatuto.
Itē pena cōtra ꝯrium ſtatuentes
Itē de inuētario faciēdo ꝑ mañfideles
Item de bonis clericorum decedentiū
⁊ de hmōi bonis ſe intromittentibus.

Item de manifeſtis vſurarijs
Itẽ de queſtionarijs nõ admittendis
Itẽ de ꝑuiſorib' ꝓmotorib' ⁊ detẽto/ribus elemoſinarum fabrice Coloniẽſ
Itẽ vnuſqſq ꝓmoueat fabricã Coloñ.
Itẽ de laicis ꝑuiſoribus ſtructuraruꝫ.
Item de cãpanarijs habendis
Item de falſarijs monetarum
Item de reſcriptis et eorum virtutib' ⁊ incendariorum litteris.
Item contra ſuſpendentes cedas vel litteras ad fores.
Item contra detentores cerocenſus
Itẽ vt qlibꝫ habeat copiã ſtatutoꝝ

Incipiunt ſtatuta predicta

Ichbold' dei gratia ſancte Colonienſ eccleſie archiep̃s ſacri imperij ꝑ Italiã archicancellarius vniuerſis prelatis Capitulis Conuentibus collegijs eccleſiaꝝ rectoribus totiqꝫ vniuerſitati cleri ⁊ populi ſue ciuitatl. ⁊ dioceſ Coloñ. Salutẽ et infra ſcriptoruꝫ memoriã ꝑpetuã obſeruãdã

De etate et qualitate regẽtiũ eccleſias

¶ Licꝫ ſacris canonib' ſit inſtitutũ ne aliquis ad regimẽ ꝑrochialis eccleſie aſſumaẗ niſi qui iã .xxv. annũ etatis attigerit et ſcientia et moribus cõmendat' exiſtat. Plures tñ huius ſalubris ſtatuti inuenim' trãſgreſſores. Volẽtes igit̃ periculis aĩaruꝫ proſpicere. inhibemus vniuerſis archidiaconis ac alijs qui de cõſuetudine inueſtire habere dinoſcũẗ Ne deinceps aliquẽ puerũ vel aliqueꝫ aliũ qui viceſimũ qntũ etatis annũ non attigerit ſibi p̃ntatũ de hmõi ꝑrochialibus eccleſijs inueſtiant vel admittant. Contrariũ faciẽtes nõ ſolũ ab ingreſſu eccleſie ſuſpendimus in his ſcriptis Verũ etiã ipſam inueſtiturã decernim' non tenere.

De non reſidentibus eccleſias ſuas Et de his qui minoris ſunt etatis.

Item cũ ſm ius qlibꝫ qui ad curã aĩaꝝ regendaꝫ aſſumitur vt gregis ſibi crediti diligentius gerere curã poſſit in ꝑrochiali eccleſia cuius rector extiterit reſidere ꝑſonaliter et ad eã promoueri teneaẗ. Alioquin etiã nulla monitione p̃miſſa ipa eccleſia ſit priuatus. Vobis decanis chrĩanitatũ cõmittimus et mãdamus quatenus noĩa illoꝝ q in vřis decanatibus hmõi eccleſias vtpote minores annis occupãt et noĩa paſtorum nõ reſidentiũ ꝑſonaliter in ſcriptis nobis infra menſeꝫ tradatis vt hmõi negligentiã et defectũ de prelatoꝝ nr̃orum cõſilio reformemus. Alioqui in vos extunc ſententiã excõicationis ferimus in his ſcriptis Et id ipm in qualibꝫ ſynodo volumus obſeruari in forma ſup̃ dicta.

De alienis et ignotl. regẽtib' eccleſias

Item quia vt intelleximus aliqui clerici vtpote apoſtate diſcurſores, et vagi de alijs ꝓuincijs et dioceſibus ad dioceſim nr̃aꝫ Coloñ. venientes regimẽ aĩaꝝ et officiationẽ eccleſiarũ ſibi aſſumũt.q ab alijs dioceſibus tanqꝫ irregulares et indigni pro eorum culpis et exceſſibus ſunt remoti. ¶ Statuimus vt nullus deinceps preſbyter alienus ad regimen et ad curã animaruꝫ loco coadiutoris vel vicarij aut ſocij ꝑ paſtores eccleſiaꝝ vel capellarũ aut altariũ rectores aſſumatur abſqꝫ lr̃is teſtimonialibus ꝓprij ep̃i profitentis talẽ rite ſm claues eccleſie ordinatum et executioneꝫ ſui officij habentem. Ita ꝙ ꝑ decanos chriſtianitatum in quorum decanatibus aſſumi deſiderant examinentur. Tunc demum admittantur tales cum in his inuenti fuerint idonei vt dictum eſt. Paſtores vero et capellarij ac altariũ rectoẽs nr̃e dioceſ qui his ſpretis aliquem clericũ ignotum dicenteꝫ ſe preſbyteruꝫ aſſumpſerint excõicationis ſententiam niſi infra ſex dies a ſe talem amouerint ſe ex

tunc ipſo facto nouerint incurſuros et alias pro mō culpe canonice puniēdos

### De pluralitatibus beneficiorum et habentibus plura beneficia

Tem cuꝫ ſanctiſſimus pater dñs Bonefacius octauus ſummꝰ pōtifex inter cetera ſtatuerit ne aliqs deinceps niſi vnicū ꝑſonatuꝫ dignitatē ꝑpoſituram adminiſtrationē vel officia ꝑpetua quocunqꝫ noīe cenſeanť cū prebenda inſiť abſqꝫ diſpenſatione ſedis apoſtolice in eadem eccleſia obtinere vel iā obtenta tenere valeat. Et ſi a quocūqꝫ ſecus p̄ſumptum fuerit illud irritū ſit omnino. Nos quia nōnulli in obſeruatiōe hmōi ſtatuti ſe exhibent negligentes ipſorum negligentiā ſupplere cupientes. Mandamus vniuerſis ad quod talium ordinatio ſeu collatio ſpectare dinoſcitur ne deinceps talia faciāt et attentent. Sed ea ꝑſonis infra tempus legitimū habilibus cōferāt. Alioqn nos eadē ꝯferemꝰ

### De teſtamentis clericorum

Recipimus vt ſacerdotes denūciēt ſuis ſubditis ꝙ oēs qbꝰ a iure inhibitū nō eſt liberā teſtamēti cōdendi habeāt facultatem. Et clerici bona maxime īmobilia et que ꝑ eccleſiā ſūt adepti ſiue ꝑ modū teſtamēti ſiue alias nō trāfferant ad filios vel nepotes aut alios ſuos conſanguineos ſed relinquant ea eccleſie a qua ſunt ꝓfecta. Sed intuitu elemoſyne pauperibus religioſis pijs locis et illis q̄ ipſis ſeruierunt ſiue conſanguinei ſint. ſiue alij aliqua iuxta ſeruitij merituꝫ de mobilibus dare poſſunt. De alijs vero bonis que ex hereditate artificio vel doctrina vel alias non ex bonis eccleſiaſticis ad clericos ꝓuenerint. clerici poſſūt diſponere pro ſuo arbitrio. ¶ Excōicamus ⁊ excōicatos denūciamus oēs clericos qui bona mobilia eccleſiarū filijs ſuis. nepotibus vel cōſanguineis ſeu alijs conferunt vel in ipſos trāfferunt ⁊ ab eccleſia alienant ſua propria volūtate ⁊ ſine conſenſu nr̄o.

### De teſtamentis laicorum.

Recipimus et monemꝰ vt laici in p̄ntia ſui ſacerdotis teſtamenta ſua faciant niſi improuiſa neceſſitas emerſerit. ¶ Item omnibꝰ ſacerdotibus p̄cipimus ꝙ hortenť oēs clericos ⁊ laicos teſtamenta ſua facere ⁊ ꝙ nō differāt vſqꝫ ad anguſtiā mortis ſed ea faciant dum adhuc cōpotes fuerint ſue mentis ⁊ corꝑis. Et in teſtamētis faciendis conſulant ſacerdotes ſuis ſubditis ꝙ declarent ſua debita ⁊ forefacta. ⁊ ꝙ ea primo reſtitui faciāt ſeu p̄cipiant de bonis ſuis. Et ꝙ poſtmoduꝫ legent aliqua fabrice eccleſie ſancti petri matrici eccleſie totius ciuitatis ⁊ dioceſ Colon̄. ⁊ ſue ꝓchiali eccleſie. Et etiā religioſis ⁊ pijs locis ⁊ pauꝑibus alijs ſm arbitrium teſtantis.

### De legatis fabrice eccleſie Colonieñ Et de pena celantium legata.

I quis vero fabrice eccleſie ſcī petri ⁊ ꝓchiali eccleſie ſue aliquid legauerit in ſuo teſtamēto eidem viginti dies de iniuncta ſibi penitētia relaxamus. Et fiāt teſtamēta ꝑrochianorum publice ⁊ corā diſcretis ꝑſonis Et cū aliqua eccleſie ſancti petri legant hoc presbyter ſignificet Colon̄ procuratori fabrice et noīa eorum qui predicte fabrice legata fecerīt infra mēſem. Suſpendimus et ſuſpenſos denunciamus oēs presbyteros qui celāt legata fabrice predicte niſi ea ꝓcuratori ſuo denūcient infra duos mēſes a tꝑe ſcientie. Excōicamus omnes laicos qui celauerint predicta legata.

Ꝙ quilibꝫ pōt in lecto egritudinis condere teſtamentum non obſtañ quocunqꝫ ſtatuto.

Uoniaꝫ aūt in aliquibus locis nr̄e dioceſ quedā cōſuetudo inoleuit que dicenda poti⁹ eſt corruptela cum ſit cōtraria rationi. et contra iura canonica et ciuilia. videlicꝫ ꝙ iudices et ſcabini et conſiliarij quorundam opidorum dicunt ⁊ ſtatuūt et iudicāt et faciunt obſeruari. et ꝑ cōſuetudines tenēt ꝙ nullū teſtamentuꝫ donatio vel legatū teneat ſuꝑ immobilibus. qđ vel q̄ a decūbētib⁹ in lecto in pios vſus vel alias ꝑſonas aliquid fuerit factum vel facta.

Ꝙ ꝓprietas pt legari retēto vſufructu non oſtante quocūqꝫ ſtatuto.

Tetiaꝫ quod vel que fiunt ab aliquo ꝑ applicationē ꝓprietatis in pia loca vel alias ꝑſonas retento a donatore ſeu a teſtatore vſufructu niſi ab eodē vſufructus cū ꝓprietate trāfferat̄ et deferat̄. ¶ Nos huic manifeſto errori obuiare volētes cōſuetudies p̄dictas ſeu ſtatutū reprobatas ſeu reprobatū penitus reprobamus. Statuentes etiā ꝙ quilibꝫ tā ſanus q̄ꝫ infirmus qui liberā hꝫ a iure teſtamenti factionē et cōpos mentis extiterit libere poſſit condere teſtamentū et donare et legare tā ꝓprietates q̄ꝫ vſumfructū. vel ꝓprietates retēto ſibi vſufructu et etiā vtrūqꝫ tā ꝓprietates q̄ꝫ vſufructū ⁊ ſꝫ eius volūtatē et diſpoſitionē procedāt p̄miſſa. Cū vltia volūtas libera eē dēat.

Pena cōtra cōtrariū ſtatuentes.

Recipiētes diſtricti⁹ ꝙ ſi in aliq̄ ꝑrochia aliq̄ iudices ſcabini vel cōſiliarij ſm dictas cōſuetudines ſeu ſtatutū reprobatas ſeu reprobatū iudicauerint ⁊ fecerint obſeruari denūciet̄ officiali nr̄o et ip̄e officialis contra predictos tam ſcabinos q̄ꝫ cōſiliarios et ꝑtem ad hoc inſtanteꝫ nominatim procedat.

De inuētario faciendo ꝑ manufideles.

Erū ꝙ executores ſeu manufideles teſtamētoꝝ nōnūq̄ꝫ in executionib⁹ teſtamētoꝝ ꝑperā ꝓcedentes bona ad executiōes teſtamenti ꝑtinētia clā ſuſcipiūt et celāt et poſtmodum cum rationē executiōis ſue facere dñt. negāt ſe habere bona q̄nta receperūt furtum et rapinā cōmittentes et vltimā voluntateꝫ defuncti minime exequentes. Nos malicijs taliū obuiare volentes. Statuimus et ordinamus ꝙ nullus executorum ſeu manufideliū bona teſtatoris ad executioneꝫ ſuā ꝑtinētia inuadat recipiat vel de eiſdē aliq̄tenus ſe intromittat niſi facto prius inuētario id eſt quadā ſcriptura in q̄ continebuntur que et qualia bona teſtator poſt ſe reliquerit ad executionē p̄dictā ꝑtinentia. que ip̄e executor ſeu manufidelis recipiet et leuabit et debita forēſia et legata ipſius teſtatoris reſtituendo adimplebit. Et illud inuentarium fiet ꝑ probos viros videlꝫ ꝑ preſbyterū et duos ſcabinos loci vel ſynodales non ſuſpectos. et ſigillabitur ſub ſigillo preſbyteri vel alicui⁹ autentice ꝑſone. Uñ executoēs petāt a teſtatore ſi poterit fieri ꝙ ipſos de bonis ſuis et de debit. ſuis certificet. nam in hoc ſtabitur aſſertioni teſtatoris. Et nos excommunicamus ⁊ excommunicatos denunciamus omnes executores ſeu manufideles qui bona decedentiū quoruꝫ ſunt executores prius non facto modo predicto inuētario inuadūt recipiūt et leuāt. et nihilominus ipſi executoēs et manufideles ſi bona predicta non facto inuentario leuauerint dum a creditoribus ſeu a legatarijs defuncti ratione dicte executionis conueniuntur inſolidum tenebuntur et condemnabūtur. Exceptis rebus q̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruari non poſſint q̄s res ſi neceſſitas
exegerit executores alienar̄ poterūt nō
facto inuētario in p̄ſētia ſacerdotis lo/
ci vel duorū vel triū ſcabinoꝝ vel ſyno
daliū vel fidedignorū ꝛ pecuniā de dc̄a
receptiōe ipi executores deponāt in cer
to loco nec ea vtent̄ niſi dicto inuenta/
rio facto. Alioquī dictas excōicationis
ſentētias incurrāt. ꝛ ſi defunctus aliqͦd
debitū ſub pena ad vſuras ad alia ꝑicu
la vel ad alia dāna debeat. poterūt exe/
cutores ſeu manufideles de bonis de/
functi ſoluere debitū penā vſuras. ꝛ a/
lia pericula et dāna extinguendo nō fa/
cto etiā inuētario. Si ipm̄ inuētarium
cōmode fieri nō p̄t. Et ſi debitum pena
vſura ſeu alijs impedimentis inſtātib⁹
ſunt augmētāda vel etiā exequie dicti
defuncti fuerint faciēde. de hoc tn̄ fiat
in p̄ſētia preſbyteri duorū vel triū ſca/
binorū ſynodaliū vel aliorū proborum.
Alioqn̄ dicta excōicatiōis ſnīa ligētur
Si vero preſbyter loci fuerit executor.
tūc faciat fieri inuētarium ipm̄ in p̄ſētia
decani loci vel alterius autētice ꝑſone
duoꝝ vel triū ſcabinorū ſynodaliū ꝛ a/
liorū ꝓborū. ¶ Precipimus etiā ſacer/
dotibus loci et ipis executorib⁹ ſeu ma
nufidelibus q̄ copiā inuētarij p̄dicti re
ferāt nobis infra duos menſes ſi infra
dioceſim nr̄am fuerimus. alias nr̄o offi/
ciali a t̄pe quo factū fuerit. Et p̄cipim⁹
hoc ꝑ nr̄m officialē regiſtrari nec aliqͦd
recipiatur ꝓ ſigillo. Cū āt teſtator de/
ceſſerit ipi executores ſeu manufideles
facto inuētario bona ad executionē p̄ti
nentia apprehēdāt et exequātur vltimā
volūtatem dicti defuncti faciendo pro/
clamari in loco in quo morabat̄ defun/
ctus et pluries eſſe et cōuerſari cōſue/
uit vt et oēs creditores ipius defuncti
a quib⁹ aliq̄ extorſerat cōpareant certa
die ſua debita oſtenſuri. et tūc ipi execu
tores ſeu manufideles p̄mo creditorib⁹
et quibus iniuſte extorſerat ſatiſfaciāt
de reſiduo ſatiſfaciāt legatarijs cuili/
bet pro rata bonorum defuncti. Et offi/
cialis noſter per cenſurā eccleſiaſticam
cōpellet executores et heredes defun/
cti ad implendā et exequendā vltimam
defuncti voluntatem.

## De bonis clericorū decedentium et de hmōi bonis ſe intromittentibus

Item quia nōnulli terrarū domini iu/
dices et alij officiati laici bona clerico/
rum nr̄e dioceſ decedentium ex teſta/
mēto vel ab inteſtato aucte ꝓpria ꝛ vi/
olenter rapiunt occupāt et arreſtant in
preiudicium eccleſiaſtice libertatis quo
minus decedētiū vltima volūtas pro
ſalute animarum eorundem decedentiū
valeat adimpleri. Nos tā preſumptuo/
ſos exceſſus corrigere volentes mone/
mus omnes nobiles iudices aduoca/
tos terrarum dn̄os et laicos quoſcūq̄
ne deinceps talia attentare preſumant.
Contrarium facientes quos ipo facto
extunc in his ſcriptis excommunica/
mus. excōmunicatos in eccleſijs vr̄is ꝛ
p̄cipue in ꝓrochijs in quibus talia ꝑpe/
trant̄ et in quibus tales morantur. vos
vniuerſi rectores eccleſiaꝝ publice nū/
cietis. Quā excōicationis ſententiā ſi ꝑ
quindenā poſt hmōi delictū ꝑpetratū a/
nimo ſuſtinuerint indurato diſtrictū ſi/
ue terrā ſi dn̄s terre eſt alioqn̄ locū vbi
talia ꝑpetrata noſcunt̄ et forefactores
tales manſerint eccleſiaſtico ſupponim⁹
interdicto.

## De manifeſtis vſurarijs

Excōicamus et excōicatos denū
ciamus omnes vſurarios mani
feſtos et ſingulis diebus dn̄icis
et feſtiuis a quolibꝫ ſacerdote denūciē
tur excōicati. Nullus ſacerdos oblatio
nes manifeſtoꝝ vſurariorū recipiat nec
ad communionem admittat niſi vſura/
rius manifeſt⁹ ſatiſfaciat de vſuris ſui

conſtitutionē felicis recordatiōis dn̄i
Gregorij pape decimi que incipit Quā
q̄ʒ vſurarij. ¶ Nullus teſtamentis ma/
nifeſti vſurarij interſit nec ad penitētiā
et cōmunionē eos admittat niſi de vſu/
ris ſatiſfecerit ſcḋm formā conſtitutionis
dicti dn̄i pape. ¶ Et teſtamēta manife/
ſtorū vſurarioꝝ qui ſcḋm formā dicte cō/
ſtitutionis non ſatiſfecerint de vſuris.
nulla ſint ipo iure. Dum autē manifeſti
vſurarij ſcḋm formā dicte cōſtitutionis
ſatiſfecerint ad ſacramenta eccleſiaſtica
admittant. Manifeſtos āt vſurarios di
cimus de q̄bus ꝑ ſententiā vel cōfeſſio/
neʒ factā in iure aut euidentiā que aliq̄
tergiuerſatione nō poſſunt celari. cōſti
terit euidēter. Et illos q̄ ſupꝫ vſuris dif
famati infra tempus ſtatuendum ab eo
qui ſupꝫ hoc habet ptātem ſe nō purga/
uerint. reputamus pro manifeſtis vſu/
rarijs puniendos ¶ Precipimus etiaʒ
ſingulis ſacerdotibus ꝓchialibus ꝙ
moneāt in ꝓchijs ſuis frequenť in ge
nerali ⁊ in ſpeciali de quibꝰ conſtiterit
vſurarios et infamatos publice de vſu
ris ac cōtractus illicitos p̄emptionum
exercentes vt ab vſuris et talibus con
tractibus deſiſtāt infra ſeptē dies a tpe
dicte monitionis Alioqui extūc vſura/
rij et p̄emptores excōicent in ſpeciali
de q̄bꝰ cōſtiterit et de q̄bꝰ nō cōſtiterit
in generali. Et diffamati ſi ſe nō purga
uerint ꝓ cōuictis habeātur. Et ſi taliť
moiti ⁊ excōicati deſiſtē noluerit noia/
tiʒ excōicenť ⁊ noia eorūdē nr̄o officiali
referāť. Saluo iure nr̄o et archidiacoi
ī p̄miſſis ¶ Precipimꝰ etiā ꝯſtōnes dn̄i
dn̄i pape. x. ꝯ vſurarios alienigenas e/
uitā firmiter obſeruari ¶ Sacerdotes
n̄ ꝑmittāt q̄ſtionarios goliardos vł q̄ſ/
cūqʒ alios ignotos infra ꝓchiā ſuā in
eccłia vel ī via vel ī platea vł q̄buſcūqʒ
locl. ꝓchie ſue p̄dicaē vł hoſtiati defer
re īdulgētias ꝓ q̄ſtu faciēᵒ. Sʒ tales et
oēs q̄ eis aſſiſtūt p̄ſbyť loci eos excōicʒ
et ad remouēdū ipos inuocet auxiliuʒ
brachij ſecularis ſi neceſſe fuerit.

De queſtionarijs nō admittendis.

Sacerdotes n̄ ꝑmittāt p̄dicatores
queſtionarios celebraē ſupꝫ archas
vel pullare cāpanulas manuales ꝑ vi/
cos neqʒ ī eccleſia et ipi p̄ſbyteri ſinguł
diebꝰ dn̄icl ⁊ feſtiuis moneāt ꝓchia/
nos ſuos ⁊ etiā ſb pēa excōicatiōis ihi/
beāt eiſdē ne tales audiāt ꝓpter ꝑicula
hēſiʒ et errorē q̄s ſepiꝰ ſemināt Et ſi q̄s
tales viderit denūciet p̄ſbytero ⁊ p̄ſbyť
faciat eos teneri ꝑ iuſticiā ſeclarē ⁊ nob
īmitti ¶ Precipimꝰ etiā ꝙ eccłie infdcē
a nob nr̄o capło archidiacono loci vel
officiali ſeu q̄cūqʒ iudice ordiario nulla
tenꝰ apianť. nec q̄cūqʒ auctē ꝑ q̄cunqʒ
q̄ſtu faciēdo niſi de ſpēali mādato nr̄o.

De prouiſoribꝰ ꝓmotoribus et detēto
ribꝰ elemoſynaꝝ fabrice Colon̄.

Item monemꝰ oēs ſacerdotes ⁊ alios q̄ſ/
cūqʒ nr̄e diocef q̄ elemoſynas fidelium
ad opꝰ fabrice Colon̄ eccłie maiorl. colla
tas detinēt ꝙ infra mēſeʒ ſatiſfaciāt de
eiſdē ꝓcuratori ſeu ꝓcuratoribꝰ dcē fab
ce. Alioq̄n ipos ſuſpēdimꝰ et ſi ꝑ octo
dies dictā ſuſpēſionē ſuſtinuerint ipos
excōicamꝰ et etiā oēs illos q̄ dictas ele/
moſynas ſurripuerūt et celauerūt ⁊ di/
ſtrahūt in fraudē dicte fabrice Colon̄.

Ut vnuſq̄ſqʒ ꝓmoueat fabricā Colon̄.

Item p̄cipimꝰ et iniūgimꝰ vniuerſ pre/
ſbyteris Colon̄ diocef ſub pēa ſuſpenſi
onis et excōicatiōis. q̄tenꝰ diligent di/
ctū negociū fabrice apꝺ ſuos ſubditos
ꝓmoueāt diligenť et fideliť in eccleſijs
teſtamētis et cōfeſſionibꝰ. Et ſi qui pro
hmōi negocijs ſuſpēſi vel excōicati fu
erint nō abſoluātur niſi ꝑ nos ſeu nr̄m
officialem.

De laicis ꝓuiſoribus ſtructurarū.

Item ſtatuimꝰ ꝙ laici ꝓuiſores
parrochialiū eccleſiaꝝ q̄ pro cō
ſeruatiōe ſtructuraꝝ luminariū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛ cōpatione ornamentoꝝ inſtituuntur
certis ad hoc vel nō certis redditibus
deputatis nihil ordinent vel diſponant
abſ꜃ cōſilio preſbyteroꝝ et ꝙ bis in an
no videlic꜂ in craſtino beate Margare/
te et bti petri ad cathedrā de admīſtra/
tione eis cōmiſſa plebanis ſuis teneant̄
reddere rationem vt ſi quid inordinate
egerint ꝑ ipos plebanos ꝓ vtilitate ec/
cleſiarum ſuaꝝ ꝓut ſcdm deū et ſuas cō
ſcientias expedire viderint corrigant ꝛ
reforment.

De campanarijs habendis.

Item ꝓhibemus ne deinceps aliq̄ cam
panarij in villis et eccleſijs ꝑochiali/
bus ibidem aſſumantur niſi lr̄ati qui in
defectū reſpondētis ad altare cū cami/
ſeis lineis deſeruientes preſbytero ne
miniſtrator careat ſibi ſocio reſpōdēte.

De falſarijs monetarum.

Uia nōnulli in diuerſis ꝑtibus
nr̄e dioceſ. falſas adulterinas
monetas cudūt et cudi faciunt
ꝓpter qḋ reſpublica ledit̄ et dāna plu/
rima ſubiectis nr̄is et toti prouincie in
feruntur. vn̄ in hac nr̄a ſynodo ſtatui/
mus et ſub pena excōicationis precipi
mus vt vbicū꜃ tales falſarij repti fue
rint. tā ipi falſarij ꝙ receptores eorūdē
cuiuſcū꜃ ſint dignitatis vel ſtatus per
plebanos locoꝝ moneantur vt a tali/
bus prorſus deſiſtant ꝛ indilate. Ipi꜃
qui in ſuis diſtrictibus eoſdē falſarios
recipiūt et tuentur eos falſarios remo/
ueant nullatenus reuerſuros. Alioquī
ipos falſarios ꝛ corūdē receptores q̊s
poſt triduū ab hmōi monitione nume/
randū in his ſcriptis excōicamus excōi
cati publice nunciētur. Et ceſſari in lo/
cis vbi talia cōmittuntur ꝙdiu falſarij
ibi ſteterint ꝓcipimus a diuinis.

De reſcriptis et eorum virtutibus.
et incendariorum litteris.

Uamuis reſcripta ſtricti iuris
ſint nec ad alias ꝑſonas ꝙ que
in eiſdem continentur expreſſe
aliquaten⁹ extēdant. Nōnulli tn̄ hmōi
reſcriptis a caſibus in iure nō cōceſſis
abutuntur. ꝛ ſua mādata dirigūt ꝛ ſen/
tētias de facto fulminātc cōtra aliquos
ad quos eorūdē iuriſdictio nullatenus
ſe extendit. ¶ Uolētes igit̄ talib⁹ nefā
dis auſibus obuiare. Statuimus ꝛ ſub
pena excōicationis late ſentētie in his
ſcriptis firmiter ꝓhibemus. ne aliquis
deinceps ſubditoꝝ nr̄oꝝ cuiuſcū꜃ ſta/
tus ſeu conditionis aliqua mādata ali/
cuius iudicis delegati contra ꝑſonas in
autentico nō expreſſas recipiat aut exe
cutioni demādet etiā ſi narret̄ in māda
to caſus a iure cōceſſus. niſi ſuꝑ hoc pri
us a nobis habita ꝛ obtenta vel officia
li nr̄o licentia ſpeciali. Cum talia man/
data contra alias ꝑſonas plerū꜃ a ma/
licia ꝛ odij fomite ꝓcedere videantur.
Illum aūt qui hmōi mādata cōtra ali/
as ꝑſonas emiſerit in caſu a iure nō cō
ceſſo aut per nos non admiſſo; vel offi/
ciali noſtro non approbato. propter hoc
excōicationis ſententiā quā in his ſcri/
ptis ferimus decernimus ſubiacere.

Contra ſuſpendētes tedas vel lr̄as
ad fores.

Item quia nōnulli vt intelleximus te/
das et lr̄as īnexas ań portas et iannas
aliquorū religioſorū et granges eorum
ſuſpendere nō formidāt. In quibus in
cendia homicidia. ꝛ alia dāna et malefi
cia ſe illaturos eis ań quoꝝ edificia di/
ctas lr̄as et tedas ſuſpendūt inferre pu
blice cōminant̄. Niſi infra certū termi/
nū eiſdē malefactorib⁹ aliq̄ certa pecu/
nia ꝓ ipoꝝ arbitrio ꝑſoluat̄. Nos tali/
bus maleficijs quantum poſſumus ob/
uiare volentes. Precipimus vniuerſis
eccleſiarum rectoribus ꝙ ſingulis die/
bus dominicis et feſtiuis. huiuſmodi

malefactores ſcriptores dictarum lrarū fautores opem ꝛ operā dictis malefactoribus preſtantes et oēs q̄ pmiſſa ſciuerint es cōſcij fuerint. niſi nobis vl' penitētiaria nr̄o reuelent infra octo dies poſtq̄ꝫ talia intellexerint q̄s in his ſcriptis excōicam⁹ excōicatos publice denūciēt ꝛ pcipiāt ab oibus artius euitari et reuelari eoſdem.

Contra detentores cerocenſus.

Itē pcipimus vt vniuerſi eccleſiarum rectores moneāt oēs cerocenſuales eccleſiaruꝫ ꝛ eccleſiaſticarū pſonaꝝ quocunq̄ꝫ noīe cenſeant qui cerocenſuꝫ hactenus nō ſoluerunt ꝙ de ſubtractis ſatiſfaciāt infra menſeꝫ et deinceps debitis tpibus et ſtatutis pſoluant dictū cerocenſūꝫ vt tenentur. Alioqui dictos ſubtrahentes ꝛ nō ſoluentes quos excōicam⁹ in his ſcriptis excōicatos publice nūcient ſingulis diebus dominicis et feſtiuis.

Ut quilibet habeat copiā ſtatutoꝝ.

Iteꝫ pcipimus oibus decanis chriſtianitatū ꝛ plebanis locorū vt premiſſorum oīm Copiā a ſigillifero curie nr̄e Coloñ infra quindenaꝫ recipiāt ꝛ ſibi fieri procurent ſub correctione debita. Alioqui cōtrariū facientes quos extunc excōicamus in his ſcriptis excōicationis ſententie volumus ſubiacere. ¶ Item decani chriſtianitatū noīa plebanoꝝ ſui decanatus ad pn̄s abſentiū nobis vel officiali nr̄o dent in ſcriptis ſub pena p̄dicta.

# Incipiūt capitula

ſtatutoruꝫ eccleſie Colonienſ editorum a bone memorie dn̄o Henrico archiep̄o Colonienſi primo facta.

Rimo cōtra begardos ꝛ begardas ac aplos ſumentes nouā religioneꝫ ſub vmbra paupertatis.

Itē cōtra hereticos vtriuſq̄ꝫ ſexus

Itē cōtra publicos vſurarios

Itē cōtra illos qui ſtatuta faciūt in preiudicium eccleſiaſtice libertatis et nr̄e iuriſdictionis.

Itē contra perturbatores iuriſdictiones officialis noſtri ꝛ aliorū officialiū iuriſdictioneꝫ habentium.

Iteꝫ contra prelatos vſurpātes ſibi iuriſdictioneꝫ nr̄aꝫ et ſe de ea intromittētes in dioceſi Coloñ.

Itē ꝙ bona platoꝝ et maxīe archiepoꝝ et epoꝝ cedunt poſt mortē ſuis ſucceſſoribus.

Itē contra falſarios lraruꝫ tam ſedis apoſtolice q̄ꝫ nr̄aruꝫ et eccleſie nr̄e ac ſigillorū eis appenſoruꝫ:

Iteꝫ ne aliqs alienus pmittatur in aliquibus eccleſijs ſeu capellis celebrare. niſi de nr̄a vel officialis nr̄i licētia.

Itē ꝙ pro clandeſtino excōicatos nullus debꝫ abſoluere niſi officialis Coloñ

Itē contra abſoluentes excōicatos a nobis ſeu officiali nr̄o. ſeu q̄ noīa excōicatorū de lr̄is nr̄is et curie nr̄e radere vel delere aut monetā nr̄aꝫ falſificare preſumunt.

Itē contra illos qui truncos erigunt in plateis publicis et oblatiōes tollūt ibidem.

Itē ne aliquis inducat aliquē ad ſepulturā alibi q̄ꝫ in eccleſia ſua eligendā

Item ꝙ clerici vel religioſi nō dn̄t coram iudice ſeculari in cauſaꝫ trahi. nec coꝝ bona iudicio ſeculari arreſtari.

Incipiunt ſtatuta predicta

In noīe ſancte et indiuidue trinitatis. id eſt pr̄is et filij et ſpūſſancti. Amē ¶ Henricus dei gratia ſancte Colonienſ eccleſie archiep̄s ſacri imperij per Italiaꝫ archicācellarius. Uniuerſ eccleſiarum p̄latis rectoribus clericis et chriſtifidelibus ſalutē in dn̄o ſempiternā Quoniā humana natura lōge poribus

ſolito tēporibus labitur ad delicta et hūa/
na cupiditas litiū mater. ⁊ pacis emula
diſcordias ⁊ diſſenſiões adinuenit. qui/
bus hūana quies eccleſiaruꝫ et clerico/
ruꝫ libertas opprimūtur. Nos peruer/
ſorum actibus finē quo poſſum⁹ reme/
dio ꝓſpicē cupiētes ad honorē dei ſan/
cte m̄ris Romane eccl'ie necnō Colon̄
et filiarū ei⁹ ꝓ ipaꝝ pace ⁊ ſalubri ſta/
tu et libertate ſeruanda p̄deceſſoꝝ nr̄o/
rū ſtatuta ordinaria ꝯfirmam⁹ ⁊ de cōſi/
lio et aſſenſu capl'i nr̄i et p̄latoꝝ Colon̄
ſtatuta edimus infra ſcripta.

Contra becgardos et becgardas

Licet ſancti p̄res cōſulta ꝓhibi/
tione ſtatuerūt ne qs nouā reli/
gionē fingeret vel habitū nouē
religiōis quā ſedis apl'ice auctas nō fir
maſſet ſibi ꝓpria temeritate aſſumeret
Sed ſi frugeꝫ vite melioris cōcupiſce/
ret vnā ſibi aſſumeret de religionibus
approbatis. Quidā tn̄ neſcientes vti cō
ceſſis laici mares et femine ideote proꝛ
ſus ad illicita frena laxātes ſupſticioſis
adinuētiōibus ſatagūt inuenire nouos
ritus et mores in diſcrimē multoꝝ cum
ſcandalū et diſcordiā plerūqꝫ pariāt no
uitates nouūqꝫ viuendi modū et habi/
tum ſub paupꝑtatis vmbra tenētes bec/
gardi et becgarde et apl'i videlꝫ vulga
riter appellati contra ſanctoruꝫ patruꝫ
et ſedis apl'ice ſanctiones ꝑ q̄ſtū publi/
cuꝫ via ꝓhibita vēdicantes victualia
manibus querere prout conſueuerant
nō curādo in religioſoꝝ q̄ in ſancte reli
gionis habitu ꝑ ſacroſanctā Romanā
eccleſiā approbate dn̄o famulāur ꝑ quo/
rꝫ ſtudiū vinea dn̄i culta cētuplicatos
creſcit in fructus diſcrimē. chr̄iane reli/
gionis et orthodoxe fidei detrimentuꝫ
nōne q̄ contra ſanctoꝝ patrū edita ⁊ ſe
dis apl'ice ſanctiōes moliunt̄ taliter de
hereſi ſuſpectos notorij ſceleris eoꝝ pre
ſūptuoſa temeritas notat q̄ more hoſtis
antiqui in lucis angelū tranſformantis
multorum animas decipiūt et ſeducunt
cū elemoſyna talibus in charitate non
exiſtentibus quos canonū cenſura ex/
cōicationis pena ipo facto ꝑcellit facta
ſit vacua atqꝫ vana. Et nō obſtāte q̄ ꝟ/
buꝫ dn̄icū ad p̄mū hoīeꝫ eſt trāſlatū In
ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo. Qꝫ
ad fortes et ſui cōpotes moraliter intel
ligitur eſſe dictū. et tales in ocio victuꝫ
vendicātes elemoſynas rapiunt que in
firmis et debilibus fuerāt pauperibus
miniſtrande. Immo ſcriptū eſt. Sudet
elemoſina in manu tua donec reperias
iuſtū cui des eā. Sed forte tales aſſerūt
ſe eſſe iuſtos. Sed reſpōdeāt cui⁹ teſti/
monio ⁊ iudicio eoꝝ eſt iuſticia cōpro/
bata. Nō eccleſie in chriſto dei apl'orum
et ſanctoꝝ ſanguine dedicate. In cui⁹
ſcādalū et infirmorū et debiliū paupeꝝ
detrimētū ſub paupꝑtatis vmbra nouuꝫ
viuendi ritū et habitum inuenerunt in
quā iudicandi et diſcernendi int̄ iuſtuꝫ
et impium. auctoritas in petri ꝑſona eſt
tranſlata cui dicitur. Qd̄cūqꝫ ligaueris
et ſolueris ſup terrā erit ſolutū et liga/
tū in celis. q̄ſi dicens. quē iuſtificaueris
approbamus et quē dānaueris ipiuꝫ re/
probamus. Ceſſet ergo hoꝝ vana reli/
gio et celeri cōuerſione iudicio eccleſie
ſe ſubmittāt. Uere hi canonū cōtēpto/
res in ſpūm ſanctū a quo formā chriſtia/
na religio et viuēdi ſumpſit exordium
grauiter delinquere cōprobātur. Cum
videlꝫ ſpūſſancti inſtinctu ꝑ ora ſancto/
ruꝫ preſuluꝫ ſacri ſunt canones inſtitu/
ti. Hi ſunt hypocrite triſtes. de q̄bus in
euāgelio dicit̄ eſſe cauendū qui facies
ſuas exterminant vt appareāt hoīb⁹ ie/
iunantes. Hi ſunt fontes ſine aqua. vt
nebule turbinibus agitate quibus vm/
bra mortis et caligo tenebraꝝ et iuxta
ꝟbū veritatis prolatū dn̄ice vocis ora
culo reſeruat̄. De q̄b⁹ aliqui a veritatis
et fidei orthodoxe compti ſunt tramite
deuiare et errores et zizanias ſeminare
Et vt omittam⁹ eorūdeꝫ errores aliq̄s

ſcripti pn̄tis teſtimonio ad futuroꝝ me
moriā publicamus mendaciter et falſo
dicentes, q̄ nō ſequit̄ me nō pt ſaluari ꝙ
nō ſoleo peccare. ſe ex hoc diuinitati ſi/
miles mētiendo more ſathane q̄ ſupbia
ꝓpria corruit de celo proſtratus. cū po/
tius tales ſub peccatoꝝ labe marceſcāt
Qui montē. id ē chriſtū ineffabilē ſapi/
entiā tāgere id ē erroꝛib⁹ lacerare a quo
lapidabunt̄. id ē hic ⁊ in futuro ignis
incendio cremabunt̄ et irritare intrepi
de pſumpſerunt Aiunt etiā niſi mulier
ꝟginitatē in matrimonio deꝑditā dole
at et dolendo deploret ſaluari non pōt
q̄ſi matrimoniū ſit peccatū. cū tn̄ ipſ an̄
peccatū in loco ſancto a ſanctoꝝ ſanctiſ
ſimo fuerit inſtitutū. q̄ ꝟginitas in fetū
ſobolis cōpenſat̄ ꝑ quā humana natura
ſtabilitate ꝑdurat quā aſſumē ipe dignā
do paulominus ab angelis creaturis ce
teris ꝑdotauit. ¶ Itē ore ꝓphano lin/
gua ſup terrā currēte blaſphemant deū
fore in quadā ꝑditione qui tā pie ꝙ̄ mi
ſericorditer vt nos redimeret voluit
incarnari cum diuina natura peccati ⁊
corruptionis neſcia, paſſa diminutionē
ſeu alterationē nō fuerit ſed illibata ꝑ/
ſiſtens. vna in duab⁹ naturis ſubſtātia
accepit ipe de nr̄o vt diuinitatis ei⁹ ꝑ/
ticipes fierem⁹. ¶ Hoꝝ etiā aliq̄ ꝯ legē
et ꝓphetas erroꝛib⁹ inſultātes dicūt ꝙ
q̄libꝫ hn̄s vxorē legitimā cauſa ſequen
di deū ꝓpria volūtate eā inuita ea poſ/
ſit dimittere ꝯ pꝛim ſanctoꝝ decreta ⁊
doctrinā apl̄i prohibentis ab inuito vx
orem viro et viruꝫ ab vxore ſine cā di/
mitti et ſcriptū ē. Quos deus cōiunxit
homo nō ſeparet. Ex quo oſtendit̄ fore
indiſſolubile ſine cauſa mr̄imonij ſacra
mentum ꝑ quā auctoritatem diuinā ec/
cleſie primatibus quoꝝ eſt in talibus
iudicium expectandū ſine cauſa diſſolu
tio hm̄ōi ē interdicta. q̄nto magis ſub/
ditis ſimplicibus quorum non ē iudica
re ſed potius iudicari. Sed forte dicūt
Qui ſpiritu dei agunt̄ non ſunt ſub le/
ge. qui reſpōdeant quomodo ſpū dei a/
guntur qui contra ſpiritum dei agunt
prohibentis virum ab vxore et ecōuer
ſo ſine cauſa dimitti iudicio eccleſie ap/
probata vt ſuperius eſt probatum. ſed
dicunt ꝙ hoc celitus ſit eis reuelatum.
Sed quomodo ſciunt ꝙ hec reuelatio
ſit celeſtis cum ſathan in lucis angeluꝫ
ſe tranſformet. Sed forte inſtabūt quia
ſcriptum ē. Lex nō ē impoſita iuſto. iu/
ſtos ſe eſſe et ſine peccato iactātes. Sꝫ
erubeſcant profecto impij attendentes
apl̄m paulum egregiū eccleſie doctoreꝫ
electionis vas ſpūſancto plenū qui ait
Si ſimplex id eſt iuſtus fuero hoc igno
rat anima mea: et alibi. Si eni dixerim⁹
ꝙ peccatum nō habeamus nos ꝑos de/
cipimus. Hi ſunt heretici qui fed⁹ chri/
ane religionis diſſoluere moliuntur.
¶ Item dicunt fallaciter mentientes
ſimplicē fornicationem nō eſſe peccatū
cum tamen inter decem precepta dei di
gito deſignata. moyſi a deo tradita in
montis excelſo expreſſe fornicatio fue/
rit interdicta et qui fornicari prohibuit
inter ſimplicem fornicationem et aliaꝫ
nō diſtinxit. ¶ Hanc etiam ſanctorum
relatio et canones interdicunt. et ſim/
pliciter prohibita, quia mala generalit̄
vetita comprobantur et quod non eſt
ſanctorum decreto ſancitum ſed potius
interdictum. ſuperſticioſis non eſt con/
trarijs falſis adinuentionibus pſumē
dum. Quos errores preſentibus confu
tamus taleſq̄ꝫ excommunicatos et he/
reticos iudicamus niſi celeriter et pu/
blice reſipiſcant ſeculari iudicio cōpu/
mendos. Et quod amaricata mente fe/
rimus eorum aliqui laici lr̄as neſciētes
ꝑdicatoribus et minoribus in ſermoni/
bus eorum et predicationibus publicis.
quibus predicationis verbum in agro
theologice ſapientie continue laboran
tibus et miniſteriorum dei et fidei ſecre
ta luceſcūt per ſacroſanctā eccleſiam eſt
cōmiſſum nō ſine vehementi ſuſpitiōe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prauitatis heretice publice reſtiterunt in fidelium iniuriã ꝛ ſancte eccleſie erroribus et cecitatis caligine in veritatis lucez ſup gentes temere inſultãdo. Quoꝝ inſolentijs et peſtiferis actib⁹ quo poſſumus remedio diſponimus cõtrairẽ ne ꝑ taciturnitatem eoꝝ conſentire delictis ꝛ ꝑ impunitatez eos fouere dãnabiliter cenſeamur. Eos igit̃ omnes et ſingulos pñtibus requirimus ꝛ monemus. q̃tenus infra vnius menſis ſpatium habitu hmõi aſſumpto dimiſſo reſumptoꝗ priori ad gen⁹ viuendi priſtinũ reuertãtur manibus vite neceſſaria iuſtis ſolito laboribus acquirentes Alioquin ipos omnes et ſingulos eis et eoꝝ cuilibꝫ dicto menſe ꝓ canonica monitione et termino ꝑemptorio currente in his ſcriptis excõmunicamus ꝛ a gremio matris eccleſie ſeparam⁹. Niſi medio tpe corã nobis cauſaz rationabilez oſtenderint. quare id facere minime teneantur. Qꝫ ſi excommunicationis ſententiã ꝑ alios xv. dies ĩmediate ſequentes animo ſuſtinuerint indurato cõtra ipos tãꝗ de hereſi ſuſpectos ſpũaliter et tpaliter procedemus. Sub ſilr̃ pena mãdantes et diſtricte p̃cipientes omnibus et ſingulis p̃latis eccleſiarum rectoribus eorũꝗ vicarijs nr̃e ciuitatꝭ ꝛ dioceſ. q̃ten⁹ ipos becgardos ꝛ becgardas ac aplos in ſuis eccleſijs excõicatos. extunc publice denũcient tã diu donec eorũ cognoſcẽtes exceſſũ ad gremiũ ſancte mr̃is eccelie reuertãt̃ et deo nobis ꝛ eccleſie condigna ſatiſfactione impenſa a nobis mereãtur abſolutiõis beneficiuz obtinere.

Contra hereticos vtriusꝗ ſexus.

Item quia plus ſolet timeri qđ ſpecialiter editur ꝙ qđ generaliter impatur excõicamus ꝛ anathematizamus oẽs hereticos vtriusꝗ ſexus ꝛ qui eis dederint cõſiliũ auxiliũ vel fauorem. publice vel occulte. vel q̃ aliter de fide articulis fidei. eccleſiaſticꝭ ſacramẽtis et mr̃imonio. ſentire p̄dicare vel docere preſumpſerint. ꝙ ſeruat docet et p̄dicat. ſacroſancta rhomana eccleſia mater oĩm fideliuz et mgr̃a.

Cõtra publicos vſurarios

Itez oẽs vſurarios vſuras publice exercentes reqrim⁹ ꝛ monem⁹. q̃ten⁹ eoꝝ ſaluti ꝓſpiciẽtes. deinceps ab vſurarũ actione q̃ aĩas deuorãt et alioꝝ exhauriunt facultates prorſus abſtineãt. Requirimus inſuꝑ oẽs ſcabinos opidorũ et locorum quorũlibꝫ vt tales niſi reſipiſcãt. ab eorũ conſortio et cohabitatione repellãt. Alioquin cõtra ipos ad executionez et obſeruationem penarũ inflictarum eis a iure ꝓut iuſtum fuerit procedemus.

Cõtra illos qui faciũt ſtatuta in preiudicium eccleſiaſtice libertatis.

Item oẽs illos qui ſtatuta ediderint vel ſtatuta ſeruauerĩt facta in p̄iudiciũ eccleſiaſtice libertatis ꝛ nr̃e iuriſdictiõis niſi infra mẽſẽ ea reuocauerint cũ effectu q̃s canonuz cenſura extũc decreuit excõicatiõe nodatos. q̃ ſtatuta nos nihilomin⁹ ordinaria auctẽ caſſam⁹ ꝛ irritam⁹. ĩmo caſſa et irrita nũciamus. Et niſi infra mẽſem a lapſu menſis p̄dicti numerãdũ ea ꝓut de facto fecerũt maturioꝛi cõſilio ſtudeant reuocarẽ. eos canoĩca monitiõe premiſſa excõicam⁹. et in his ſcriptis ſtatuimus excõicatiõis ſnĩe ſubiacẽ. Tales ꝗ p̄cipim⁹ ꝑ eccleſiaꝝ rectores ſingulis dieb⁹ dñicis et feſtiuis excõicatos publice nunciari. Qꝫ ſi in his exequendis ijdez rectores negligẽtes fuerint ipos triũ dierũ canonica monitiõe p̄miſſa in his ſcriptis excõicam⁹. Quã ſi aĩo indurato ſuſtinuerint ꝯ eos ad priuationem

beneficiorum ꝓut eoꝝ rebellionis exe/
gerit qualitas procedemus.

Contra ꝑturbatores iuriſdictionis officialis noſtri et aliorum.

Ceterum oēs illos qui in cōſiſtorio nr̄o vel
alias dū officialis noſter vel alij offici/
ales iuriſdictionē habentes ꝑſederint
pro reddēda iuſtitia cuiuſcunq; fuerint
cōditionis aut ſtat⁹ in clericos aduoca
tos notarios ꝓcuratores et officiatos
dicte curie nr̄e. Et alios manus iniece/
rint temere violentas. quiq; ad hoc eis
dederint publice vel occulte auxiliū cō
ſiliuz vel fauorē quos canonica moniti
one pmiſſa. in his ſcriptis excōicatiōis
ſnīe dicimus ſubiacere Niſi infra tridu
um cōdignā preſtiterint emendā ꝑ loco
rum rectores vnde fuerint taliter exce
dētes ad denūciationē officialis noſtri
et aliorū. in eorū ꝓrochijs ceſſetur vſq;
quo fuerit ſatiſfactū niſi ſuꝑ ceſſatione
cum eis fuerit diſpenſatum.

Contra prelatos vſurpantes ſibi iuriſ/
dictionem noſtram

Item monemus oēs et ſingulos iuriſ/
dictionē habentes et nō habentes. ſpe/
cialiter decanū Tremonieñ in victene.
in hagene. et in eſſende. chriſtianitatum
decanos. ne de cauſis ad nos et cōſiſto/
riū nr̄m de iure vel cōſuetudine ſpectā
tibus maxime matrimonialib⁹ et alijs
quibuſcūq; cauſe cognitionē exigētib⁹
pterq; in ſynodalib⁹ quocūq; mō cauſa
vel colorē queſito ſe intromittāt. diſpo/
nant vel cognoſcāt vel audiāt: Sed ad
nos et officialis nr̄i ſine difficultate re/
mittāt examē. fine canonico decidēdas
Qui vero cōtra fecerint in nr̄az iuriſ/
dictionez falcē mittendo ipo facto ex/
cōicationis ſnīe ſtatuimus ſubiacē ipo/
ruz ſententias et proceſſus ſuꝑ eis la/
tos et habitos nihilominus caſſamus.
et irritamus caſſos et irritos pn̄tibus
nunciamus. Contra quos ſollerter in/
uigilabimus. vt tales pena canonica
caſtigemus.

Qd bona prelatoꝝ et maxime epiſcopo/
rum cedunt ſuis ſucceſſoribus.

Licz cū nulli ſane mentis in du
biuz veniat quī bona mobilia ⁊
īmobilia a ꝑlatis quocūq; titu/
lo cōquiſita. et ad eos dū viuerent ꝑti/
nentia poſt eoꝝ obituz apud quoſcūq;
fuerint depoſita. credita cōmodata de/
bita vel mutuata. clericis religioſis, pa
riter et laicis vtriuſq; ſexus ad eoꝝ ec/
cleſias libere reuertant̄ ad ipas quoq;
ꝑtineāt cum nullus ſit nec a iure heres
proximior cenſeatur q̄ qui cum dn̄o ꝑ
honoꝝ faſtigia copularūt. Et nuper ad
nr̄az noticiā ꝑuenit q̄ nōnulli clerici re
ligioſi et laici vtriuſq; ſexus bona ꝑde/
ceſſoꝝ nr̄orū et maxime bone memorie
dūi Wickboldi ꝑdeceſſoris nr̄i in au/
ro et argento in vaſis et ciphis aureis
et argenteis. gēmis ꝑcioſis. annulis pā
nis aureis. libris pagamentis. et diuer
ſis pecuniarū ſummis cōſiſtentia q̄ re/
liquerūt eccleſie Colon̄. ⁊ nobis de iu/
re cōpeterent. nec poſſunt ꝑ alios ſine
aīarū periculo detineri. depoſita credi
ta cōmodata. mutuata. pignorata. debi/
ta hucuſq;' detinere dānabiliter ꝑſum/
pſerūt. et adhuc detinēt nobis et eccle/
ſie reſtitutione ⁊ plenaria ſatiſfactione
nō facta in ipoꝝ periculū aīaruz et ſcan
dalum plurimoꝝuz. Nos igitur volen/
tes vt iuramento tenemur aſtricti: alie/
nata diſtracta et male detenta. nr̄a et ec
cleſie nr̄e bona. ad ius poſſeſſionis ⁊ ꝓ
prietatis omni ſtudio ⁊ remedio q̄ poſ/
ſumus reuocare. oēs et ſingulos cleri/
cos ꝑdictos religioſos ⁊ laicos vtriuſ/
q; ſexus. qui bona ꝑdeceſſoꝝ nr̄oꝝ ⁊ ꝑ/
cipue dūi Wyckboldi ab eis dimiſſa.
ſeu penes eos depoſita ꝯmodata tradi/
ta mutuata. pignorata. vel alias q̄cunq;
alio titulo vel cauſa mō penes eos ex/
iſtentia. hn̄t poſſidēt vel detinent ſub

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quocūqꝫ ꝑtextu vel colore in qbuſcūqꝫ
cōſiſtāt auro argento. vaſis. ānulis. pā/
nis aureis. libꝰs. pecuniaꝝ ſummis ꝓ/
uilegijs. lr̄is et inſtrumētis vel alijs re/
bus. vel bonis ad nos et eccleſiā nr̄am
ſpectātibꝰ p̄ntibꝰ reqrimꝰ et monemus.
p̄mo. ſcd̄o ⁊ tertio. vt ipa bona īfra. xxx
dies nobis ⁊ eccl̄ie nr̄e Colon̄ reſtituāt
et aſſignēt. Sciētes ꝟo h̄ntes tenētes
et poſſidētes bona hm̄oi infra idē tp̄s
reuelēt nobis et fratri Johāni peniten
tiario nr̄o publice vel occulte. Alioqn
dictꝭ. xxx. diebꝰ eis et eoꝝ cuilibꝫ ꝓ ca/
noica monitiōe et t̄mio ꝑemptorꝭ. cur/
rētibꝰ ipos et eoꝝ quēlibꝫ ī his ſcriptꝭ.
excōicamꝰ ⁊ a gremio ſcē mr̄is eccl̄e ſe
ꝑamus et ſub excōicatiōis pēa late ſn̄ie
in his ſcriptis inuūgimꝰ et diſtricte p̄ci/
pimꝰ oībꝰ p̄latis eccleſiaꝝ rectoribꝰ eo/
rūqꝫ vicarijs. qten ſingulis diebꝰ dn̄icꝭ
⁊ feſtiuis p̄dictos excōicatos in genere
et q̄ꝝ noīa ſciri poterit noīatiꝫ. excōi
catos publice corā fideli ꝑplo accenſis ⁊
extinctis cādelis cāpanis pulſatis īfra
miſſarū ſolēnia denūciare ꝓcurēt. Ali/
oqui negligētes et cōtēnentes excōica
tiōis ſn̄ie decernimꝰ ſubiacē. volētes ⁊
diſtricte p̄cipiētes ꝙ hm̄oi nr̄aꝫ inqſiti/
onē et monitionē ſolēniter publicēt ſin
gulis diebꝰ dn̄icis et feſtiuis infra men
ſem. ne qs ignorātiā de cetero ꝑtendē
valeat in hoc caſu.

Contra falſarios lr̄arum.

Tē falſarios lr̄aꝝ et ſedis apl̄i
ce inſtrumētoꝝ nr̄orūqꝫ p̄deceſ/
ſorū et eccleſie nr̄e et ſigillorum
lr̄is appēſoꝝ in his ſcriptis excōicatio/
nis vinculo innodamꝰ a q̄ p̄terq̄ꝫ a nob
ſeu ī mortꝭ. articulo ꝛl̄es nolumꝰ libēari.

Ne alienꝰ ꝑmittaꝛ celebraꝛ in eccleſijs

Tē cū a iure ſit peitꝰ inₜdictū. ne qs ad
celebrādū plebibus ſeu capellis ꝑmitti
debeat. niſi de ipoꝝ ordinatiōe canoīca
maxie ſacerdotio cōſtiterit. ⁊ niſi cōſtet
eum rite ſm̄ claues eccleſie ordinatum:
cū multi licꝫ ordinati p̄ꝰ nō fuerit. vel
ꝑ ſaltū ſe rite aſſerūt ordīatos in ꝑiculū
aīaꝝ. Monemꝰ vniuerſos et ſingulos p̄
latos eccleſiaꝝ rectores eorūqꝫ vicari/
os. eis et eoꝝ cuilibꝫ diſtricte mādātes.
qten nullū cuiuſcūqꝫ fuerit ꝯditiōis ⁊
ſtatꝰ clericū bn̄ficiū eccleſiaſticū in nr̄a
ciuitate et dioceſi nō h̄ntē ad celebrādū
in ordie vꝉ ordinibꝰ aliqbꝰ in eoꝝ eccle
ſijs ſeu capellis ſeu altaribus ꝑmittāt.
Niſi p̄ꝰ de eoꝝ canoīca ordinatiōe. co
rā nobis aut officiali nr̄o docuerit. Et
ſuꝑ hoc a nobis ꝑ lr̄as licētiā habuerit
ſpēalē. Cōtrafaciētes ꝟo ſtatuēdo de/
cernimꝰ ꝓpt̄ h̄ excōicatiōis ſn̄ie ſbiacē.

Q pro clādeſtinis nullus hꝫ abſolue
re niſi officialis Colonienſ.

Tez licꝫ hactenꝰ ſacerdotibus
ruralibꝰ ⁊ decanis. ne excōica/
tos ꝓ mr̄imonijs clādeſtīe ꝯtcꝭ.
⁊ ꝯhēdis abſoluerēt ⁊ recōciliarēt fue
rit inₜdictū. Quidā tn̄ vt ad nr̄aꝫ audi
entiā frequēs ſepe qrela deduxit. tales
abſoluē de facto. cū is de iure nō poſſēt
ꝯ vetitū p̄ſūpſerūt. Nos ꝟo h̄ innouaꝛ
volētes diſtrictiꝰ inhibemꝰ. ne tales ab
ſoluē vel recōciliare p̄ſumāt. Cōtrafa/
ciētes excōicatiōis ipo facto ſn̄ie decer
nimꝰ ſubiacere. Et nihilominꝰ hm̄oi ab
ſolutionē decernimꝰ nō valē. qs abſolu
tiōes ⁊ recōciliatiōes ſoli officiali nr̄o
p̄ntibus reſeruamus.

Cōtra abſoluētes excōicatos a nobis
ſeu officiali noſtro.

Tē cū minor in maiorē nō hꝫ ꝑtātem.
diſtrictiꝰ inhibemꝰ oībꝰ nr̄is ſubditis.
cuiuſcūqꝫ p̄eminētie ordinis cōditiōis
vel ſtatꝰ. ne excōicatos ſuſpēſos vel in/
terdictos a nob ſeu officꝭ. nr̄o abſoluere
vel recōciliare. publice vel occulte p̄ſu/
māt. ſeu excōicatoꝝ noīa de lr̄is nr̄is ⁊
curie nr̄e radere. tollere vel ſupp̄mere.
vel delē vꝉ monetā nr̄aꝫ p̄cidē falſificaꝛ

põnderare vel diminuere pſumãt. Cõ/
trafacientes talit abſoluẽdo ligatos ex
cõicatiõi ipo facto decernimus ſubiacẽ
ꝓpoſcꝫ raſores noĩz excõicatoꝝ taliter
impreſſores tãcꝫ falſarios volum⁹ iudi
cari. Precipiẽtes ſtatuta nr̃a oĩa ⁊ ſin/
gula ſub penis in eis cõtentis inuiola/
biliter obſeruari. Et ne poſſet ignoran
tia quoq̃ mõ ptẽdi pcipim⁹ oĩbus ⁊ ſin
gulis p̃latis rectorib⁹ eccleſiarũ. coꝝ͂cꝫ
vicarijs ꝙ copiã in ſcriptis recipe ⁊ ha
bere infra menſeꝫ a data pñtium ſub pe
na ſimili teneãtur.

Contra illos qui truncos erigunt in
plateis et oblationes tollunt.

Item cũ ex inductione q̃dã ꝑ aliquorũ
laicoꝝ inſolẽtias ſit inductum ꝙ trunci
lignei erigunt̃ in plateis publicis ⁊ lo/
cis alijs ad recipiendũ ibideꝫ elemoſy/
nas fideliũ. cũ ex reuerentia ſanctoꝝ in
eccleſijs altarib⁹ ⁊ alijs locis deo ſacra
tis. oblationes ſint et munera offerẽda
et nihilominus oblatiões in hmõi trũ/
cis repoſitas. et legata fcã eccleſijs ple/
banis et rectoribus inſcijs pro ſua di/
ſtribuũt volũtate. cũ ad ipos rectores
pdictorũ diſtributio et ordinatio. ⁊ nõ
ad ipos laicos de iure ꝑtinere noſcatur
qd̕ de cetero fieri prohibem⁹. Cõtrariũ
faciẽtes excõicationis ſnĩe ipo facto de/
cernimus ſubiacere.

Ne quis inducat aliũ ad ſepulturaꝫ
eligendã.

Iteꝫ prohibemus diſtricte ſub
excõicationis pena late ſnĩe in
his ſcriptis. ne quis cuiuſcũcꝫ
ſtatus ordinis ſiue conditionis exiſtat.
aliquos inducat. cogat vel ſeducat. vt
alibi q̃ꝫ in ꝓpria ꝑrochia eligat ſepultu/
rã. niſi ſpõte et vltroneus a ſeipo alibi
duxerit eligendã.

Q clerici vel religioſi nõ debent co
rã iudice ſeculari in cauſaꝫ trahi nec eo
rum bona iudicio ſeculari arreſtari.

Iteꝫ cũ clerici et religioſi corã
iudicio ſeculari ñ debeãt in cãꝫ
trahi ſui vel eccleſie aut alicu⁹
alterius noĩe aut bona eoꝝ ſeculari iu/
dicio arreſtari. nec a laicis cõtra eos di
ctari ſnĩa: hec fieri ſub interminatione
excõicationis. quã ꝓferim⁹ in his ſcripti.
firmiter ꝓhibẽtes pdeceſſorũ nr̃oꝝ ſta/
tuta in hoc caſu edita innouãtes ſtatui
mus vt ſi laicus clericũ aut religioſum
ad foruꝫ traxerit ſeculare vel bona ec/
cleſiarũ vel eccleſiaſticaꝝ ꝑſonaruꝫ ſiue
religioſarum ad ipos coĩter vel diuiſim
ſpectantia iudicio ſeculari arreſtaue/
rit ſeu ꝓcurauerit arreſtari. ideꝫ laicus
oĩno cadat a cauſa. et nihilomin⁹ ꝑ or/
dinariũ ipius excõicatus nũcietur pu/
blice vſcꝫ ad ſatiſfactionẽ cõdignã. pte
rea iudex ſecularis et ſcabini loci in q̃
hoc cõtigerit ꝑ ordinariũ ipius loci mo
neãtur vt de tali ſe nullaten⁹ intromit/
tãt penit⁹ deſiſtẽdo reuocãdo infra tri/
duũ. ſi i aliq̃ occaſiõe hmõi in p̃iudiciuꝫ
ipi⁹ clerici vel religioſi ẽ ꝓceſſuꝫ. Alio/
qui ipi iudices et ſcabini ꝑ ordiariũ eiu/
dẽ ſine dilatiõe q̃libꝫ excõicent̃. ⁊ excõi
cati publice vſcꝫ ad ſatiſfactionẽ condi/
gnaꝫ nũcient̃. In q̃ excõicatiõe ſi ꝑ qui
denã ꝑdurauerit. loc⁹ ille extũc ſit eccle
ſiaſtico ſuppoſitus interdicto. qd̕ nõ re/
laxet̃ niſi prius ſit ſufficient̃ ſatiſfactuꝫ
paſſo iniuriã et nobis ac eccleſie ⁊ iudi/
catũ ſi qd̕ factũ ẽ ꝯ ipm clericũ aut reli/
gioſũ. et ſi qd̕ aliud ẽ ſubſecutũ ſit peit⁹
reuocatũ. Lecte et publicate ſũt he cõ/
ſtitutiones feria ſcd̕a poſt dñicã Inuo/
cauit. Anno dñi. M.CCC. ſexto.

## Incipiũt capitula

ſtatutoꝝ eccleſie Colon̄ editoꝝ a bone
memorie dño Henrico archiepo Colon̄
ſecundario facta.

Primo de feſtis que ſũt celebrãda.
Itẽ qñ Gl̃ia in excelſ̃ ſit cãtãdũ.
Itẽ que ferie ſunt ieiunãde.

Item q̄liter biſſextus ſit ſeruādus
Itē de celebratiōe feſtoꝝ āñūciatiōis
beate marie ꝟginis et alioꝝ ſanctoꝝ in
fra octauas paſche veniētiū.
Item de feſto trinitatis qñ ſit tenendū
et eucharistie. et nocturnis.
Item de officio ſcholaſtici.
Itē de obſeruātia capituloꝝ ſiue tracta
tuum capitulorum.
Itē de recipiendis quotidianis diſtri/
butionibus tp̄e interdicti.
Itē ne aliquis ſacerdos plures ꝙ̄ vnā
primam miſſam celebret.
Itē qͥbus diebus ꝓchiani teneant
venire ad eccleſiā ſuā ꝓchialē.
Itē ꝙ r̄ligioſi mutuū vł' debitū ñ ꝯhāt
⁊ ꝙ clerici officia inhoneſta ñ exerceāt
Itē cōtra clericos tōſurā clericalem et
veſtes clericales nō deferētes
Itē ne quis laicus arreſtet vel detine/
at bona clericorum.
Itē ne laici faciāt ſtatuta in p̄iudicium
alicuius eccleſie.
Item cōtra moniales violatas exeun/
tes ſuū monaſteriū et cōtra violatores
earundem.

Incipiunt ſtatuta predicta.

In noīe ſancte et indiuidue trinitatis.
p̄ris. et filij. et ſpūſſancti Amen. Anno
eiuſdē. M CCC. ſeptimo q̄rta die mē/
ſis Martij que ē craſtinū dñice Inuoca
uit indictione quīta. ¶ Henricus dei
gratia ſācte Coloniē̄ eccleſie archiep̄s
ſacri īperij ꝑ Italiā archicācellariꝰ dile
ctis in xp̄o. Prioribꝰ maioris eccleſie
aliaꝝ eccleſiaꝝ. capl'is. collegijs. ꝑochiis
cōuētibꝰ. xp̄ianitatū decanis. eccleſiarū
rectoribꝰ alijſqꝫ ſue ciuitatis et dioceſ
Colon̄. xp̄ifidelibꝰ vniuerſis. ſalutem
in dño ſempiternā. ¶ Quoniam hūana
natura lōge prioribꝰ ſolito tp̄ibus labit
ad delicta. et hūana cupiditas litiū mat
et pacis emula. diſcordias et diſſenſio/
nes adinuenit qbꝰ hūana ꝗes eccleſiaꝝ
⁊ clericoꝝ libertas opprimit ſuſcitat nos
vniuerſorum actibus finem quo poſſu/
mus remedio proſpicere cupientes ad
honorē dei ſancte m̄ris rhomane eccl'ie
necnō Colon̄. et filiaꝝ eiꝰ ꝓ ipaꝝ pace ⁊
ſalubri ſtatu. et libertate ſeruāda p̄de/
ceſſoꝝ nr̄oꝝ ſtatuta ordinaria cōfirma/
mꝰ de cōſilio et aſſenſu capl'i nr̄i et p̄la/
toꝝ Colon̄. ſtatuta edimꝰ infraſcripta.

De celebratione feſtorum.

Et vniformitas diuinoꝝ ⁊ feſto
rum que ꝑ āni circulū occurrūt
obſeruet. diſtricte p̄cipimꝰ ⁊ mā
damꝰ vt oēs eccleſie tā cōuentuales ꝙ̄
alie ꝓchiales capitularia ſua habeāt
⁊ corrigāt ſm capl'ariū nr̄m eccleſie Co
lon̄ maioris. et feſta infra ſcripta xp̄ifi/
deles teneāt celebrēt ſolēniter et obſer
uent. videlꝫ in Januario. feſtū Circūci/
ſionis dñi. Ephie. Agnetis ꝟginis Cō
uerſionis ſancti pauli. In februario. fe/
ſta purificatiōis btē ꝟginis marie. Ca/
thedre petri. Mathie apl'i. In martio
Annūciationis btē ꝟginis marie. In
Aprili. nullū feſtū niſi forte feſtū paſche
⁊ Georgij martyris. In maio. feſta apl'o
rum philippi et Jacobi. Inuētionis ſcē
crucis. In Junio feſtū natiuitatis Jo/
hānis baptiſte. petri et pauli apl'orū In
Julio. beate marie magdalene. Jacobi
apl'i. pāthaleonis. In auguſto. feſta bea
ti petri ad vincula. Laurētij. Aſſumpti
onis beate virginis Marie. Bartholo/
mei apoſtoli. Decollationis Johannis
baptiſte. In Septēbri. feſta Natiuitat.
btē marie. Exaltatio ſancte crucis. Ma
thei apoſtoli. Sancti Michaelis archan
geli. In octobri. feſta beatorum Gereo/
nis et victoris. Undecim milium vir/
ginum. Seuerini. Simonis et Jude a/
poſtolorum. In Nouembri. feſta omniū
ſanctorum. Martini. Cuniberti. Cecilie
virginis. Katherine virginis Andree
apoſtoli. In decembri. feſta Nicolai
Thome apoſtoli. Natiuitas domī ſan/
cti Stephani Sancti Johis euāgeliſte.

⁊ ſanctoꝝ innocentū. Feſtū quoqꝫ pa/
ſche in quocūqꝫ menſe accidat. Et feſtū
pēthecoſtes cū tribus diebus ſequēti/
bus ac dies aſcenſionis dn̄i ꝑ ſe ſolēnit
celebrētur. Et volum⁹ craſtinū btē ma
rie Magdalene quo corpa triū regū Co
loniā ꝑuenerūt. Ac diē dedicationis ec
cleſie. videlꝫ diē beatoꝝ Coſme ⁊ Dami
ani Colonie tm̄. ſicut in die apl'orū cū ſo
lēnitate diuinorū et celebratiōe ꝑpli ob
ſeruari ¶ Preterea q̄libꝫ eccleſia feſtū
ſui patroni. et dedicationis ſolēnit pa/
gat. Oīa ꝟo feſta p̄dictis exceptis nō p̄/
cipim⁹ ſolēnit obſeruari. Sed deuotio/
ni hoīꝫ relinquāt ita ꝙ qui noluerit ea
celebrare ꝓpt hoc nō culpā nec penam
incurrat. Prouiſo tn̄ ꝙ in dictis feſtis
⁊ in alijs infra ſcriptis. videlꝫ Fabiani
et Sebaſtiani Agathe ꝟginis Gregorij
pape Benedicti. Ambroſij epi Diuiſio
apl'oꝝ Auguſtini epi. barnabe apli. Egi
dij abbatis. Lamberti. Mauricij et ſoci
orum eius. Iheronimi preſbyteri. Re/
migij. Dyoniſij. Luce euāgeliſte. ix. lecti
ones obſeruent. Iſta tn̄ feſta nūc vlti/
mo poſita nolumus vt populus ceſſan
do a ſuis opibus celebrare teneat.

Qn̄ gloria in excelſis ſit cātandum

Tē ſtatuim⁹ vt in feſto annūciatiōis ⁊
in feſto purificatiōis btē ꝟginis marie
et bti petri ad cathedrā. beati Mathie
apli. q̄n infra ſeptuageſimā euenerit Te
deū laudam⁹. ⁊ Gloria in excelſis decā
tetur. Hoc adiecto ꝙ q̄ncūqꝫ Gloria in
excelſis in q̄cūqꝫ feſto decantat. ſꝑ Te
deū laudam⁹ cātabit p̄ter in trib⁹ dieb⁹
hoc ē in paſche in pēthecoſtes vigilijs
et in ſancta nocte natiuitatis dn̄i an̄ pri
mā miſſam. te deum nō cātabitur.

Que ferie ſunt ieiunande.

Tē ſtatuim⁹ ꝙ in oīb⁹ vigilijs videlꝫ
aſſumptionis btē Marie ꝟgis. feſtoꝝ pa
ſche. pēthecoſtes. natiuitatis dn̄i. necnō
apl'oꝝ. ⁊ oīm ſanctoꝝ. ac beati Laurētij
martyris. Cū q̄rta et ſexta ferijs ac ſab/
bato q̄ttuor tpm ieiunent. Ab his ex/
cipiunt vigilie beati Iohānis euāge/
liſte. et philippi et iacobi apl'oꝝ que nō
ieiunātur Letania maior. q̄ ē in die mar
ci euāgeliſte. et letania minor q̄ obſerua
tur ꝑ tres dies rogationū. videlꝫ ſcd̄a
tertia et quarta feria. Necnō ſecūda et
quarta feria. ac ſabbato poſt dn̄icaꝫ Mi
ſericordia dn̄i. pro ſubitanea morte ſm
cōſuetudinē dioceſ Colonienſ. a carni
bus abſtinendo. a fidelium populis ie/
iunetur. Sanctorum quoqꝫ vigilie ie/
iunāde. quorum feſtiuitates feria ſecū/
da occurrunt. in precedenti ſunt ſabba
to ieiunāde. Ieiunium vero ſabbati lo
corū conſuetudinibus duximus reſer/
uandum.

Qualiter biſſextus ſit obſeruādus

Tem cum nōnulla diſcrepātia
inter eccleſias conuentuales et
ꝑrochiales in officijs diuinorū
de anno biſſextili frequent exiſtat. Sta
tuimus ꝙ quocūqꝫ anno biſſextus oc/
currit quelibꝫ eccleſia vigiliam beati
Mathie apoſtoli ſuper quā quarto an/
no ipe biſſextus cadit. ipaꝫ vigiliam be
ati Mathie apoſtoli biſſexto kalendas
Martij in vna littera kalendarij ſtādo
pro vna die computando. in ſequentem
diem prorogет et vltima die poſt vigili
am eandē feſtū bti mathie apli celebret
iuxta hos verſus. Biſſextum ſexte mar
tis tenuere kalende. Poſteriore die ce
lebrantur feſta mathie. Si cadit in lu/
cem domini ſuppone ſequentem. Ter/
minus et feſtum nunqꝫ celebrantur eo/
dem. Quod ſic intelligendum eſt. ꝙ dūꝫ
ē annus biſſextilis tunc dies illa que ſi
non eſſet ānus biſſextilis foret ipa dies
feſti bti Mathie. erit vigilia dci feſti. et
deinde poſteriori die celebrabitur fe/
ſtum niſi tunc in lucem domini. id eſt in
diem dominicaꝫ eueniat. quo caſu trāſ

ponatur feſtū in ſecūdā feriā ſequentē quo ad plenū officium abſq; celebratiōe populi ꝑagendum.

### De celebratione feſtorū annūciationis beate ꝟginis et aliorū ſanctorum infra octauas paſche venientiū.

Itē ꝙ feſtū annūciatiōis beate ꝟginis q̄tiēs in dñica palmaꝝ vel infra ſeptimanā paſſionis dñi. aut ipa die paſche euenerit. In vigilia palmaꝝ cū diuino officio et celebratione populi ꝑueniat ſolēniter ꝛ celebret. Feſta vero tiburcij ꝛ valeriani. ac marci euangeliſte et ſi ipa die paſche vel infra octauas eiuſdē euenerint quo ad ꝑagendū officiū eorundē poſt octauas paſche trāſponant. hoc excepto ꝙ in ipa die btī marci euāgeliſte et ſi infra octauas occurrit letania maior cū ꝓceſſiōe et crucib⁹ obſeruabitur ꝑ oīa. ſola carnis abſtinentia in hoc excepta ꝓpter paſchalis feſti reuerentiam Quotiēs āt extra tēpus ſeptuageſime vſq; ad paſcha et aduentū dñi feſtū nouē lectionū ꝓpriū hñs officiū. dñica die ab eccleſia occurrit et ordinarie celebrādū in eadē dñica celebret. Alias quocunq; tpe euenerit dū dñica ſuū ꝓpriū habuerit officiū qd̄ ſequēti die dñica reperiri nō poterit feſtū nouē lectionū abſq; tñ celebratione populi ſecūda feria ſequenti in eccleſijs cū pleno diuinorum officio ꝑagat. Solo feſto ānūciationis btē ꝟginis. ſi vltra vigiliā palmaꝝ qd̄ extūc quocūq; tpe euenerit in ipa vigilia cū officio et celebratione populi plenarie volumus ꝑagi.

### De feſto trinitatis qñ ſit tenendū et eucharıſtie et nocturnis.

Itē ſtatuim⁹ ꝙ feſtū trinitatis ꝓxima dñica poſt octauas pēthecoſtes. q̄ vocatur octaua trinitatis. cū. ix. lectionibus et debita ſolēnitate fiat. In hebdomada ꝟo ꝓcedēte. videlʒ ab octaua pēthecoſtes, in ſcd̄is veſpis vſq; ad dñicam ꝓdictā cantet et legat de trinitate. ꝓut cōſueuit. et poſt feſtū trinitatis ꝑ hebdomadā ſequētē cātet officiū dñice Domine in tua miſericordia. In q̄rta aūt feria eiuſdē hebdomade fiat ſolenniter feſtū eucharıſtie. ꝓut hacten⁹ a noſtris anceſſoribus eſt ſtatutū. ¶ Itē ſtatuim⁹ vt in oīb⁹ eccleſijs nr̄e dioceſ ſingulis noctib⁹ in matutinis. ꝑs. nocturnales ſiue feriales ad nocturnos. niſi ea die ſit feſtū tale qd̄ miſſaꝫ propriā habeat. vel collectā. Inuitatoria. Reſponſoria et laudes. ſicut et hore diei. de ſancto cui⁹ eſt feſtū cantent queadmodū in maiori eccleſia obſeruatur. Niſi tūc alicui⁹ patroni eccleſie feſtum ſeu cōmemoratio fuerit ꝑagenda.

### De officio ſcholaſtici.

Item vt vnicuiq; eccleſie que habʒ diſtinctos ꝑſonatus et officia iuxta eorūdem perſonatuum et officiorum onus honor debitus obſeruetur Statuimus et ordinamus vt ſaluo ordine prelatoꝝ eccleſie nr̄e Coloñ. in ceteris eccleſijs noſtre ciuitatis et dioceſ. Scholaſtici iparum eccleſiarum diſtinctos certos et perpetuos redditus ipi annexos et deputatos ſcholaſtrie habentes ſtalluz in choro. et locum in capitulo ac vocem poſt decanum eccleſiarum ſuarum extunc in antea habeant et ſubintrēt. Que ſub pena excommunicationis late ſententie in his ſcriptis a ſingulis conuentualibus eccleſijs precipimus obſeruari. Dignum eſt enim vt qui ceteris officijs maioribus preferuntur etiam alios ſublimatione graduum antecedant. Cū onus emolumentū ſequi debeat et ecōuerſo. Per hoc tamen nolumus antiquioribus canonicis ex ingreſſu. in petitionibus ſuis rationabilibus aliquatenus derogari.

### De obſeruatione capitulorum ſiue tractatuum capitulorum.

Tem ſicut a bone memorie do/
mino Cõrado archiepo Coloñ
predeceſſore nr̃o nouim⁹ in ſuo
prouinciali concilio cõſtitutum
innouando ſtatuimus vt in qualibet
eccleſia collegiata ad modũ eccleſie nr̃e
Coloñ. decanus et fr̃es p̃terq̃ꝫ in feſtiui
tatibus vigilijs miſſa pro defunctis ac
cõmendatione pactis diſtincte ingredi
entes domũ capli añ oẽm tractatũ diſ/
ciplie vel etiã p̄bende aut cuiuſcunqꝫ
alteri⁹ negocij tabule capitularis lectio
nez diſtincte inſcripte quid vnicuiqꝫ ſit
cãtandũ et legendũ in choro audiãt di/
ligenter. ¶ Inſup lunationes mẽſiũ ac
kalende et obitus legant̃ necnõ aliqua
lectio de regula et vita clericoꝝ legat̃.
Et tũc imediate de diſciplina fiat quid
fuerit faciendũ ac alia conſequent̃ poſt
ipaz diſciplinã tractentur negocia que
ad vtilitatẽ et neceſſitatẽ fuerit ſpectã/
tia publicã ſeu priuatã. Et ſi aliquãdo
decanus nõ fuerit pñs propter hoc nõ
omittatur vllatenus qui fratres domũ
capituli intrent ad audiendũ ipſius ta/
bule capitularis lecturaz vt ſciãt quid
vnicuiqꝫ in choro ſit cantãdũ ⁊ legẽdũ

De recipiendis quotidianis diſtri/
butionibus tp̃e interdicti.

Tez quia nõ modicus ẽ error inter ca/
nonicos volentes pñtiã ſeu diſtributio
nes quotidianas habere que nõ niſi pñ
tibus in choro debent̃ et nõ nũqꝫ extor
quent diuerſis fraudibus ad hoc queſi/
tis et maxime in locis interdictis diui/
nis nõ curãt officijs intereſſe quãqꝫ ad
hec teneant̃ pñtiaz hmõi alias nullate/
nus habituri qñqꝫ complures cõuentu
aliũ et prochialiũ eccleſiarũ p̄lati cano/
nici et rectores in obſeruatiõe int̃dicti
credentes eccleſias interdictas tunc fo
re claudendas et quaſi deo nõ fore ſer/
uiẽdũ. nos inuẽtl. ꝯ p̄miſſa aplice ſedis
remedijs volẽtes fraudibus hmõi ob/
uiare. Statuimus et ordinamus vt de/
cani in diſtributione pñtiarũ hmõi cui/
libꝫ p̄ vna horarũ tã matutini vigilia/
rum ſeu miſſe animarum, qui eis nõ in/
terfuerint ſubtrahãt ptez ſuã necnõ in
obſeruãtia int̃dicti ac etiã locoꝝ plebai
iux̃ cõſtitutionẽ pie recordationis do/
mini Bonifacij pape viij. ſup premiſſis
editam ſe regant. contra eam ſub pena
excommunicationis et in virtute ſancte
obedientie nullatenus veniendo. Cu/
ius conſtitutionis tenorẽ vt cuilibꝫ pa
teat duximus ſubſcribendũ in hec ꝟba.
¶ Alma mater eccleſia plerũqꝫ nõnul/
la rationabiliter ordinat et cõſulte que
ſuadente ſubiectorum vtilitate poſtmo
dum conſultius et rationabilius reuo/
cat in melius vel cõmutat. Sane cũ ãntis
dudum fuit predeceſſoribus conſtitutũ
vt in terris ſeu locis ſuppoſitis eccleſi/
aſtico interdicto. nullis certis caſibus et
ſacramentis exceptis diuina celebrarẽ
tur officia vel miniſtrarentur eccleſiaſti
ca ſacramẽta. Quia vero ex diſtrictiõe
hmõi ſtatutoꝝ excreſcit indeuotio p̃li
pullulãt hereſes. et infinita p̄icula aia/
ruz inſurgũt ac eccleſijs ſine culpa earũ
debita obſequia ſubtrahunt̃. cũ fr̃ibus
nr̃is deliberatione ſup his habita dili/
genti concedimus q̄ tp̃e interdicti ab
hoie vel a iure prolati. nõ tm̃ morietes
ſed et viuentes tam ſani q̄ꝫ infirmi ad
penitẽtiã. que propter pronitatẽ ⁊ faci/
litatẽ hominum ad peccãdũ. ſumme ne/
ceſſaria ẽ. licite admittantur. dũꝫ tñ ex/
cõmunicati nõ fuerint quos admitti p̃/
terq̃ꝫ in neceſſitatis articulo nolumus
ad eandem. Illos etiam ꝓpter quorum
culpam dolum vel fraudem lata ẽ ſen/
tentia interdicti vel qui ad ꝑpetrandũ
delictum cuius occaſione ipſum inter/
dictum eſt latum prebuerunt conſilium
auxilium aut fauorem niſi de ipo de/
licto ſi ſint tales q̄ idem facere valeant
prius ſatiſfecerint vel de ſatiſfaciendo
dederint cautionem idoneam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aut ſi ſatiſfacere nequeūt vł hmōi cau
tionē preſtare iurauerint ꝙ cū potue/
rint ſatiſfacient ⁊ ad ſatiſfactionē hmōi
ꝑ eū vel ꝑ eos qui facere ipaꝫ dn̄t ⁊ pn̄t
preſtādū dabūt cōſiliū et auxiliū ac iu/
xta poſſe ſuū fideliter laborabūt.nō eſt
penitētie beneficiū aliquatenꝰ cōceden
dum. Nec tūc etiā quo ad iſtos nec quo
ad alios qui circa hec minime deliquel
runt vbi ciuitas vel locus alius ſeu v/
niuerſitas interdicti exiſtunt .facienda
eſt relaxatio interdicti,ſed eſt eis ſolū/
modo iniūgenda penitētia ſalutaris
¶Adijcimꝰ pterea ꝙ ſingulis diebꝰ in
eccleſijs et in monaſterijs miſſe celebrē
tur et alia dicātur diuina officia ſicut pi
us ſubmiſſa tñ voce ianuis clauſis ex/
communicatis et interdictis excluſis
et campanis etiam non pulſatis. Et tā
canonici ꝙ̄ clerici eccleſiarū in quibꝰ di/
ſtributiones quotidiane illis qui horis
interſunt canōicis diſtribuuntur. ſi ad
officia nō venerint ſupdicta diſtributio
nes eaſdē amittāt ſicut interdicto ꝑde/
rent nō exiſtēte ſi diuinis officijs nō ad
eēnt. In feſtiuitatibꝰ vero natalis dn̄i.
paſche.penthecoſtes. et aſſumptiōis v/
ginis glorioſe cāpane pulſent̄ et ianuis
aptis diuina officia alta voce ſolennit̄
celebrent̄.excōicatis prorſus excluſis ſꝫ
interdictis admiſſis quibꝰ ob reuerētiā
dictarū ſolennitatū et vt ipi ad huiuſ ra/
tis gratiā et recōciliatiōis affectū faci/
lius inclinent̄ pfatis diebꝰ pticipationē
dimittimꝰ diuinoꝝ. Sic tñ ꝙ illi ꝓpter
quorū exceſſum interdictū hmōi eſt ꝓla
tum altari nullatenus approquinquent
Ceteris que circa obſeruationnē inter
dictorum a nr̄is pdeceſſoribus ſunt in/
ſtituta in ſuo robore duraturis non ob/
ſtantibus qbuſuis priuilegijs eccleſijs
monaſterijs ordinibus ſeu religionibꝰ
vel ꝑſonis eccleſiaſticis regularibꝰ ſeu
ſecularibus exemptis ſeu nō exemptis
ſub quauis forma vel expreſſione v̄bo/
rum ab apoſtolica ſede cōceſſis que cō/
tra tenorem pn̄tis cōſtitutionis nullis
volumus ſuffragari cum quibuſlibꝫ tā
ſecularibus ꝙ̄ regularibus ſufficere de
beat vt tpe interdicti modo pmiſſo die
bus celebrent ſupdictis.

Ne aliquis ſacerdos plures ꝙ̄ vnaꝫ
primam miſſam celebret.

Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ nullꝰ
ſacerdos cuiuſcūqꝫ ſtatꝰ cōditiōis aut
religionis exiſtat poſtꝙ̄ in ſacerdotem
ſeu presbyterū ſiue in nr̄a ſiue in alia di
oceſi ordinatus extiterit in ciuitate vel
dioceſi Colon̄ plures ꝙ̄ ſemel quocūqꝫ
ad hoc colore queſito primā ſuā miſſam
cū cleri et populi ad hoc cōuocatiōe ce
lebret nec etiā capl'a ſeu cōuentus ſeu
canonici in feſtiuitatibus ⁊ diebꝰ dn̄icl.
dimiſſa diuinoꝝ ſolennitate in eccleſia
ſua ꝓpria ſicut nō decet vt hactenꝰ plu
ries viſum eſt fieri ad hmōi miſſas di/
currāt niſi tunc cū prelati canonici ſeu
plebani coniuncte in primo vel ſecūdo
gradu ꝑſone ad pmā miſſam aliqui ſpe/
cialiter inuitētur. Alioqn ꝯtrū faciētes
ſe nouerint excōicationis ſn̄ie ſbiacē.

Quibus diebus ꝑrochiani teneant̄ ve/
nire ad eccleſiā ſuā ꝑrochialem.

Itē ꝙ hactenꝰ dubiū qbuſdā extitit de
feſtis in qbꝰ ꝑrochiani ſuā eccleſiā ꝑro/
chialē de iure debeāt ānis ſingulis fre/
quētare hoc declarādo ſtatuimus ꝙ ſi/
cut in q̄ttuor ptes ānus diſtinguit̄ q̄rū
initia his v̄ſibꝰ ptinent̄. Ver petro det̄
eſtas exinde ſequet̄. Hāc dabit vrbanꝰ
autūnuꝫ ſimphorianꝰ. Feſtū clemētl. ca/
put ē hyemis veniētl. Sicut in his q̄t/
tuor ptibꝰ āni q̄ttuor feſtiuitates occur
rūt qbꝰ ꝑrochiani venire tenent̄ ad ſuas
eccleſias ꝑrochiales vtpote paſcha in
vere.pēthecoſtes ī eſtate.feſtū oīm ſcō/
rum in autumno.feſtuꝫ natiuitatis do/
mini in hyeme. Et in his feſtiuitatibus
ꝑrochianꝰ q̄libꝫ niſi rōnabilis ⁊ euidēs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauſa eum legitime excuſans ſubſit fre/
quentet ſuā eccleſiā ꝓrochialē. In alijs
etiā quibuſdā feſtis ſcꝫ in dedicatione
eccleſie cuiuſlibꝫ ephia dñi. quattuor fe/
ſtis beate marie ꝟginis. die cinerꝝ. dñica
palmarū. necnō in ieiunijs. ſiue diebus
rogationū. dū ꝓceſſiones fiunt ab eccle
ſia et aſcenſionis dñi ac aploꝝ. natiuita/
tis beati Johānis baptiſte. diebus do/
minicis. ac die cōmemorationis aīarum
et patroni eccleſie cuiuſlibꝫ ipi ꝓrochia
ni eccleſiā ſuā ꝓrochialeꝫ viſitent ⁊ fre/
quentent ſui plebani mādata de inſtru/
ctione fidei ſalubriter audituri.

Ut religioſi mutuū nō contrahant et
clerici officia nō exerceāt inhoneſta

Item quia nōnulli religioſi et clerici cō
tractibus et negocijs eoꝝ regule et ſta/
tutis ꝯtrijs impudice ſe īmiſcent. Sta/
tuimus quēadmodū etiā a iure cautum
et alias ſtatutū eſt vt nullus religioſus
ꝓter abbatis ſui ꝑpoſiti et prioris licen/
tiā vbi prepoſitus et prior ſunt in con/
uentu maiores cuiuſcūqꝫ ſtatus aut cō/
ditionis exiſtat ꝓuū vel peculiū habe
at fideiubeat pecuniam mutuo recipiat
negociatiōes cuiſcūqꝫ rei lucri cauſa ex
erceat ſi ſecus fecerit abbas et conuen/
tus reſpondere de hoc nō tenebuntur
nec obligati ex contractu hmōi erunt
immo ipi contractus ipo iure nulli ſint
nec valeāt. Necnō monachi ꝯtriuꝫ faci/
entes ſuſpenſionis ab officio et excōi/
cationis ſniās incurrāt. Caueāt ergo ſi
bi laici ⁊ alij ne de cetero cū talibꝰ reli/
gioſis ꝯhāt niſi ex ꝑdicta licētia. ſeu q̄/
bus ratione officij vel adminiſtratiōis
ſibi cōmiſſe de iure cōpetere dinoſcāt.
¶ Silr clericis inhibemꝰ ne exerceāt
negocia turpia et officia inhoneſta que
nō decēt clericos. q̄lia ſūt hec. vſura et
oēs ſpecies vſure turpis queſtus cū ali
quid carius vendit ſiue ꝓpter diez vel
ꝓpter terminū. Officiū incātatoris car/
nificis tabernarij negociatoris ꝑſecu/
fullonis ſutoris textoris. nec ſint hiſtri/
ones ioculatores iudices ſeculares the/
lonarij. Cōtrariū faciētes a ſuis plātis
ſupꝫ hoc pena debita puniātur.

Contra clericos tonſurā clericalem et
veſtes clericales nō deferentes

Item ꝑcipimus in virtute ſancte obe/
dientie. decanis eccleſiaꝝ et chr̄ianitati
cuiuſlibꝫ vt canonicos et clericos coro/
nas nō habētes et inordinatā crinium
laſciuiā ꝓut iam in cleri deformitatem
apud plures inoleuit habentes ꝑ ſuſpē/
ſionē ꝑbendaꝝ reddituū canonicoꝝ et
ſuſpenſionis ab officio ſententiā quā fe
rimus in his ſcriptis coronā et tōſurā
deferre cogāt debitā clericis ⁊ honeſtā
Necnon canonicos eccleſiaꝝ rectores
vicarios et clericos ꝑdictos ab vſu ca/
ligarū rubearū viridiū ⁊ glaucaꝝ et di/
uerſi coloris pāni ac calceoꝝ varietate
inciſiōis militaris diſtinctoꝝ cogāt ſub
pena cōſili abſtinere. Sed nigris caligꝭ
ac ſuo ſtatui cōgruentibꝰ niſi infirmita
tis cauſa fecerint qꝺ ſue cōſcientie reli
q̄mus ſint contenti. Decet enī vt quos
vite puritas ab alijs diſtinguit etiā ha/
bitus decētia quo qꝺ corde gerūt. ex ꝓ
dicēt, actu demōſtrent tāqꝫ militie dñi
et eccleſie militāri ſpecialiter deputati.
a ſecularibus ſint diſtincti.

Ne quis laicus arreſtet vel detineat
bona clericoꝝ.

Itē ſtatuimus et inhibemus ſub pena
excōicationis late ſententie in his ſcri/
ptis ne q̄s laicꝰ quacūqꝫ auctoritate ſeu
potentia ſeculari ꝑſonas ſeu bona mo/
bilia aut īmobilia vel res eccleſiaſticas
arreſtet detineat vł inuadat cū queſtio
talium nr̄e iuriſdictioni de iure ſit ⁊ eē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debeat ſpecialiter reſeruata:

Ne laici faciāt ſtatuta in preiudiciū alicuius eccleſie.

Item inhibemus laicis vniuerſis et ſingulis ne quis ſtatuta de oblationibꝰ in dei eccleſia minuendis faciat ꝑut in quibuſdā eccleſijs ſicut ad nos ꝑuenit ſtatutū dicit. Ne niſi certe ꝑſone et ſub certo nūero in miſſis cū ſponſis et funeribus vel alias offerāt diuī oſcit inſtitutū ꝑ laicos. cū laicis quos obſequēdi manet neceſſitas non auctas iperādi nulla ſup ꝑſonas eccleſiaſticas attributa penitus ſit facultas. vn̄ ſtatutū hmōi vbicūꝙ in nr̄a dioceſi vel a quibuſcūꝙ factū fuerit tāꝙ nullius firmitatis exn̄s. nec ab eccleſia ꝓbatuꝫ decernimꝰ nō valē. Immo vtētes ipo. et defenſores eorūdē excōicatiōis ſnīe decernimꝰ ſubiacere ne qḋ inſpiratione diuina deuotioni hoīm relinquit alicuius hūane ꝑuitatis ingenio deprauet.

Contra moniales violatas ⁊ violatores earundem.

nõ valemꝰ cõgruis volen̄ remedijs ob/
uiare. ſacroꝝ canonū et p̄decefſorū nr̄o
rum inherẽdo ſtatutis. vniuerſos ⁊ ſin/
gulos ſup̄dictos hortamur in dn̄o et re
q̄rimꝰ ipis et eorū cuilibʒ ſub penis in/
fraſcriptis inhiben̄ iniungen̄ vt de cete
ro a ꝓhibitiõe. cõpulſione. cõminatiõe
impedimẽtis ⁊ mãdatis p̄dictis abſtine
ant nec quiſq̄ cuiuſcūq̄ gradꝰ ſtatꝰ vel
cõditionis extiterit apoſtolicã aut nr̄aʒ
iuriſdictioneʒ ordinariã eccleſiaſticã in
lr̄arum et mãdatorū quorūcunq̄ ipetra
tionibus executionibꝰ cognitionibꝰ de/
ciſionibꝰ et modis alijs quibꝰ ipa iuriſ/
dictio exercet ꝑ ſe vel ꝑ aliū ꝓhibeant
impediãt vſurpẽt vel retardent ſeu ꝓ/
hiberi impediri vſurpari vel retarda/
ri faciant vel procurent quouis modo
dãdo ad hoc auxiliū cõſiliū vel fauoreʒ
Si q̄s vero p̄dictoꝝ cuiuſcūq̄ etiã ſtatus
aut cõditiõis extiterit cõtra p̄miſſa ve/
nire vel quicq̄ attentare p̄ſumpſerit. ex
cõicatiõis ſn̄iaʒ auctore canonis et etiam
nr̄a quã xv. dieꝝ monitiõe canonica p̄/
miſſa ex nūc ꝓut ex tūc ferimꝰ in his ſcri
ptis ſe nouerit incurriſſe ipo facto. a q̄
niſi tã iudici cuiꝰ cognitio vel iuriſdi/
ctio impedita vel vſurpata fuerit. q̄ ꝑti
in ꝓſecutione ſui iuris turbate de iniu/
rijs dãnis expen̄ et intereſſe ꝑ eū vel eos

integre fuerit ſatiſfactū.nullatenus ab/
ſoluatur.Et nihilominus etiā ſi in mor/
tis articulo fuerint abſoluti niſi debita
et plenaria his quibus ea vt premitti/
tur facienda fuerit ſatiſfactio preſtita ex
titerit eccleſiaſtica carere volumus ſe/
pultura.Mādātes inſuꝑ vobis eccleſia
rum ꝑrochialiū rectoribus.ac vices no/
ſtras gerētibꝰ vniuerſis ſub excōicatio
nis pena.quā in vos et quēlibꝫ vīm.xv
dierū.canonica monitione p̄miſſa.feri/
mus in his ſcriptis.ſi nō feceritis quod
mādamꝰ.q̄tenus in eccleſijs vr̄is vt ad
omnem poſſint deuenire notitiā nec q̄ſ/
q̄ ignorātiā ꝑtendere valeat de eiſdem
fideliter publicetis ac oēs et ſingulos ſi
quos ſcineritis in ſpecie.reliquos vero
in genere quos iuriſdictionē eccleſiaſti/
cā vt p̄dicit īpediuiſſe vel ꝑturbaſſe cō
ſtiterit.ſingulis diebꝰ dn̄icis ⁊ feſtiuis
in eccleſijs vr̄is dū maior ibidēꝫ fuerit
populi multitudo excōicatos publice
nuncietis.¶Itē ꝙ pleriqꝫ vt accepimꝰ
eccleſiarū cemiterioꝝ emunitatū et do/
tū violatores iparūqꝫ ⁊ pſonarū rerum
et bonoꝝ eccleſiaſticorū inuaſores incē/
diarij et raptores necnō illi q̄ꝑ ānū et
amplius excōicatiōis ſn̄ia innodati.ad
gremiū ſancte matris eccleſie abſolutio
nis beneficio īpetrato redire negligunt
et cōtēnūt diuerſas ꝑ p̄deceſſores nr̄os
archiep̄os Colon̄ contra tales emiſſas
ſn̄ias ⁊ mādata inſtigāte diabolo nō ve
rent.et q̄ſi in malicijs obſtinati data ad
hoc opa diuina ſtudent officia multoti/
ens ꝑturbare.Uñ volētes vt ipoꝝum
creſcente cōtumacia etiā et creſcere de
beat et pena ſtatuimꝰ vt oēs et ſinguli
malefactores et rebelles hm̄oi eccleſiaꝝ
cemiterioꝝ.emunitatū.dotū violatores
necnō iparū pſonaꝝ rerū et bonorum
eccleſiaſticoꝝ īuaſores incēdiarij ⁊ rap/
tores.ac illi qui ꝑ ānū et āplius excōica
ti ad gremiū ſcē matris eccleſie abſolu/
tionis obtento beneficio cōtumacit̄ re/
dire negligūt vel contēnūt.eccleſiaſtica
etiā ſi in mortis articulo fuerint abſolu
ti careāt ſepultura.nec in eccleſijs cemi
terijs vel alijs locis ſacris ꝑ aliquē poſ
ſint ſepeliri.niſi prius a nobis vel offici
ali nr̄o ſuꝑ hoc licentia ſit obtenta.cete
ris nr̄is et p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ ordinatiōi/
bus ⁊ ſtatutis circa p̄miſſa q̄bꝰ in nullo
derogare volumus in ſuo robore firmi/
ter duraturis.Datū bunne nr̄o ſub ſi/
gillo.Anno domini .M.ccc.lxxv.mēſis
Martij die vndecima.

Contra vſurarios lombardos ac
hantgelt capientes.

Redericus.ꝛc.Uniuerſis ⁊ ſin
gulis chr̄ianitatū decanis et ec/
cleſiarū ꝑrochialiū rectoribus:
ſeu eorū vices gerentibus ꝑ ciuitatem
et diocel̄ nr̄as Colon̄ cōſtitutis ſalutē
in dn̄o.Quāuis vſurarū voraginē āni
mas deuorat et degentiū facultatem ex
haurit vtriuſqꝫ tā veteris q̄ꝫ noui teſta
menti pagina deteſtetur ſitqꝫ iuri cōmu
ni ac ceteris noſtrorum p̄deceſſoꝝ ar/
chiep̄orum prouincialibus et ſynoda
libus ordinationibus et ſtatutis ſalubri
ter editis et dudū etiā publicatis prohi
bitū manifeſte ne quis chr̄ifideliū nob
aut noſtre iuriſdictioni ſp̄ūali ſubiecto/
rum.deteſtādis vſurarum lucris ſtude/
at inhiare.huiuſmodi tn̄ vſurarum mo
dus ita inualuit et in cōmunē vſuꝫ.imo
verius abuſum et errorem prodijt ⁊ ꝑ
ceſſit vt nōnulli vtriuſqꝫ ſexus homies
cupiditatis et ambitionis deteſtāde vi/
cijs excecati.alijs negocijs p̄termiſſis ſi
bi q̄ſi licere pecunias ſuas ſub vſuris
exponere et ipas exercere nitunt̄ quo/
tidie exercent in aiarum ſuaꝝ periculū
populi ſcandaluꝫ et fidei catholice con
fuſionē et contemptū.Et ꝙ fama publi/
ca et experientia facti didicimus hm̄oi
vſurarū morbū peſtiferū in nr̄is ciuitate
⁊ dioceſi Colon̄ etiā ad ſb̄ditoꝝ nr̄oꝝ tā
religioſoꝝ q̄ꝫ ſecularium depauꝑationē ꝑ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maximā ꝑ quoſdā vſurarios maifeſtos
qui vulgariter Lōbardi appellant̄ men/
ſas paratas ad pecuniā pro vſuris cui/
lib; mutuādū publice tenētes ac alios
vtriuſq; ſexus hoīes ꝑ emptionez et a/
lios contractus illicitos et vulgariter
hantgelt appellatos exercētes ſeu reci/
pientes plurimū frequentari. Nos igit̄
ex ſuſcepti cura regiminis ſubditorum
nr̄orū ꝓuidere ſaluti ⁊ de agro nobis
cōmiſſo hmōi abuſionū et errorū tribu/
los ne nimis inualeant et ex tpe licere
credat̄. qđ eſt iure ꝓhibitū extirpare ſtu
dētes cupieñ p̄fatoꝝ p̄deceſſoꝝ nr̄orum
archiepōꝝ Coloñ ſtatuta cōtra eoſdez
vſurarios edita vt p̄dicit̄ innouañ vo/
bis vniuerſis et ſingulis eccleſiaꝝ recto/
rib⁹ ⁊ eoꝝ vices gerentib⁹ ſup̄dictis in
vtute ſcē obedientie ⁊ ſub excōicatio/
nis pēa quā in vos ⁊ quēlib; vīm.xv.
dieꝝ canoīca monitiōe p̄miſſa ferim⁹ in
his ſcriptis. ſi nō feceritis qđ mādamus
diſtricte p̄cipiendo mādam⁹. q̄ten⁹ di/
ctos vſurarios oēs ⁊ ſingulos q̄ꝝ noīa
ſciueritis in ſpecie aut quos lator p̄ñti/
um vobis duxerit noīandos. reliq̄s vo
in genere moneatis vt īfra. vij. dies p⁹
vr̄az monitionē īmediate ſequeñ ab v/
ſuris ⁊ ɔ̄ctib⁹ ceſſent penitus et deſiſtant
deoq; nobis et eccleſie de p̄miſſis exceſ/
ſib⁹ ſatiſfaciāt cuz effectu. Alioqn ipos
oēs et ſingulos q̄s nos ex tūc ꝓpt̄ hoc
in his ſcriptis excōicam⁹ ſingul̄ diebus
dn̄icis et feſtiuis dū miſſaꝝ ſolēnia pa/
gunt̄ auc̄te ſtatutoꝝ ꝑ bo. me. dn̄os Si/
fridū et wilhelmū nr̄os p̄deceſſores edi
toꝝ cāpanis pulſatis. cādel̄ accēſ̄ ⁊ ex/
tinctis. ac ī terrā ꝓiectis. necnō pedib⁹
cōculcatis, excōicatos publice nūcietis
nec ad cōionē altaris ipos aut aliquez
eoꝝ admittatis. aut oblatiōes eoꝝ reci/
piatl. nec ipos ſi in h̄ peccato deceſſerit
ſepeliatis. donec deo et eccleſie ſatiſfa/
ciāt de p̄miſſis. aliudq; a nobis receptl.
in mādatis. Moneatis inſup oēs ⁊ ſin/
gulos vtriuſq; ſexus hoīes eoſdē vſu/
rarios maifeſtos et alios ſup̄dictos ſci/
entes cognoſcētes et occultātes. vel q̄
ipis in aliq̄bus pecuniarū ſūmis vel re
bus alijs tenent̄. aut ſunt obligati vt in/
fra dicte monitiōis t̄minū eoſdē vſura/
rios nobis ꝓdāt indicēt ⁊ reuelēt. nec
dictis vſurarijs eorūq; cōſortib⁹ et fa/
miliarib⁹ de hmōi debitis ipis. aut aliq̄/
bus eorum ſatiſfaciāt. aut bona ſeu res
ad ipos ſpectātes et ꝑtinētes. ſi qua aut
ſi q̄s penes ſe hn̄t et tenēt ipis reddant
vel reſtituāt. ſed ipas aut ipa penes ſe
in ſequeſtro et arreſto noīe nr̄o retine/
ant et obſeruēt. quouſq; de hmōi exceſ/
ſibus publicis et manifeſtis deo nobis
et eccleſie emēdā preſtiterint. ſatiſfaciē/
tem et condignā. Alioqn ipos oēs ⁊ ſin/
gulos ɔ̄triuz faciētes quos nos extunc
ꝓpter hoc in his ſcriptis excōicam⁹. ex/
cōicatos in eccleſijs vr̄is vna cū dictis
lōbardis manifeſtis. eorū cōſortib⁹ ⁊ fa/
miliaribus. publice infra miſſarum ſolē
nia nūcietis. Intimātes eiſdē ⁊ alijs q̄/
buſcūq; quorū int̄eſt. aut intereſſe pote/
rit. ꝙ nos ad executionē dicte excōica/
tionis pene ac etiā interdicti eccleſiaſti/
ci poſitionē. et alias ꝓut in q̄ntū grauī⁹
poterimus et iuris ordo exegerit ꝓce/
dem⁹. Inſup vigore ſtatuti quōdā dn̄i
Sifridi p̄dicti oībus et ſingulis iuriſpe
ritis aduocatis et alijs q̄buſcunq; teno/
re p̄ñtiuz inhibem⁹. ne q̄s dictis vſura/
rijs eorūq; cōſortib⁹ ⁊ familiarib⁹ ī exe/
cutiōib⁹ hmōi nr̄i mādati ⁊ nominādis
in hmōi cauſis et negocijs. aut eoꝝ ap/
pendicijs patrociniū aut cōſiliū aliquod
preſtet. publice vel occulte. niſi antea co
ram nobis iuramentū preſtet. ꝙ q̄cito
ſciuerit vel ſcire poterit cāz eſſe vſura/
riā. cauſaz ipaz nō fouebit vlterius. nec
patrocinium. nec conſiliū aliquod clam
vel apte impētiat̄ vſurario vel vſurarijs
ſupradictis. Alioquī ipos iuriſperitos
aduocatos et alios etiam quoſlib; ɔ̄triū
facientes. triuz dierū monitiōe canoni/
ca premiſſa excoīcamus in his ſcriptis

quos etiã excõicatos volumus publice
nũciari. Et quid in p̃miſſis feceritis no
bis lr̃is v̄ris pñtib⁹ trãſſigẽdis liquide
reſcribatis. Datũ bunne Anno dñi. M
ccc.lxxv. menſis Martij. die. xij.

### Viſitatio dñi Frederici.

FRedericus dei gr̃a ſancte Co/
loñ eccleſie archiep̃s ſacri iperij
ꝑ Italiã archicãcellarius. aplice
ſedis legatus. vniuerſo clero ceteriſq̧
eccleſiaſticis ꝑſonis nr̃aꝝ ciuitatis ⁊ di/
oceſis ſalutem in domino ſempiternam.
Quoniã in viſitatione generali ꝑ nos ꝑ
ſonaliter in nr̃a et in nõnullis alijs ci/
uitatis et dioceſ nr̃e ſecularibus et re/
gularib⁹ eccleſijs ꝑ certos nr̃os in hac
ꝑte cõmiſſarios nuꝑ facta comperimus
in ipis eccleſijs et caꝝ ꝑſonis plurima
deo vtiq̧ et nobis ingrata ac reforma/
tione et correctione digna. Ad que re/
formãda et corrigenda. licȝ multis ar/
duis eccleſie nr̃e p̃grauemur negocijs
ſolerti cura intẽdim⁹ et ea tã p̃deceſſoꝝ
nr̃oꝝ innouatione q̃ȝ nouoꝝ ſtatutoruȝ
editione. necnõ alijs vijs et modis q̃b⁹
de iure poſſum⁹ reformare et corrigere
ſicut nr̃o incũbit officio deſiderabiliter
affectamus.

### Innouatio ſtatutoꝝ archiep̃oꝝ Coloñ.

IN primis igit̃ oĩa et ſingula p̃deceſſoꝝ
nr̃orũ ſtatuta et mãdata p̃ſertim ea q̃ ꝓ
diuini cult⁹ augmento et reformatione
morũ actuũq̧ clericorũſet eccleſiaſticaꝝ
ꝑſonarũ hacten⁹ ſalubrit̃ emanarũt q̃q̧
etiã dudũ nos ĩnouaſſe ſuenim⁹ denuo
ex abũdãt tenoꝛ̃ pñtiũ ĩnouam⁹. vniuer
ſis et ſingulis p̃latis nr̃e cathedralis a/
liarũq̧ eccleſiaꝝ collegiataꝝ regulariũ
et ſeculariũ ciuitatis et dioceſ nr̃arũ in
v̄tute ſcẽ obedientie diſtricte p̃cipiẽdo
mãdãtes. q̃tenus ipi ſtatuta et mãdata
hm̃oi atq̧ nr̃a cũ coꝝ moderationibus
et declarationibus quorũ copiã dictaꝝ
eccleſiarum capitula et conuentus vi/
gore mãdati ſuꝑ hoc a nobis p̃dẽ emiſſi
et in ſancta ſynodo publicati. habere te
nent̃ diligenter ꝑ ſeipos obſeruent et a
ſuis ſubditis faciãt inuiolabiliter obſer/
uari ipoꝛũq̧ ſtatutoꝝ ac mãdatoꝝ teme
rarios trãſgreſſores ꝓut ad eos et eorũ
quẽlibȝ ꝑtinet taliter corrigere et puni
re nõ differãt q̧ metu pene curẽt ea di/
ligentius obſeruare. eorũq̧ pena ſit ce/
teris in exemplũ. Illos vero qui excõi
cationis aut ſuſpenſionis vel interdicti
ſententias in dictis ſtatutis et manda/
tis prolatas incurrerint. volum⁹ ⁊ mã/
damus a ꝑceptione fructuũ beneficioꝝ
ſuoꝝ tãdiu remanere ⁊ tenere ſuſpẽſos
ac in diuinis vitari officijs. donec a no/
bis vel officiali curie nr̃e Coloñ fuerit
abſoluti. et de abſolutione hm̃oi capitu
lis vel p̃latis ſuis ꝑ nr̃as vel ipius offi
cialis nr̃i lr̃as fecerint plenã fidẽ.

### De diaconis eccleſie maioris Coloniẽſ

ITem quia in eccleſia noſtra Co
lonienſi ſicut in viſitatione pre/
dicta inuenimus dudũ fuit ⁊ ad
huc eſt euidens diaconorum defectus.
preſertim ex eo q̧ canonici qui de con/
ſuetudine ipius eccleſie deberẽt eſſe dia
coni. et eidẽ in diaconatus ordine deſer
uire. q̧uis ꝑ decanũ eiuſdẽ eccleſie ſepi/
us moniti diſtulerũt. et differunt etiam
abſq̧ cauſa rationabili ad huiuſmodi
ordinem ſe facere promoueri. ꝓpter qd̕
eccleſia ipa in miſſarum celebrationib⁹
ac capitularis diſcipline. debitis obſer/
uationibus aliaſq̧ ſp̃ualibus et t̄palib⁹
grauia ſuſtinuit et ſuſtinet detrimenta
Nos volẽtes ſuꝑ hoc de oportuno ꝓ/
uidere remedio requirimus et mone/
mus ſub pena ſuſpenſionis ab officio
et bñficio vniuerſos et ſingulos cano/
nicos eccleſie nr̃e p̃dicte q̃ iuxta p̃fataȝ
cõſuetudinẽ deberẽt ad dictuȝ ordinem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſe promoti et nō ſunt. vt infra q̄ttuoꝛ
mēſes poſt publicationē p̄ntiū cōtinue
et imediate ſequētes ad eundē ordinez
ceſſante ipedimento legitimo ſe faciant
ꝓmoueri. Alioq̄n monitioni nr̄e hmōi
nō parētes a ꝑceptiōe oīm fructuū red
dituū et ꝓuentuū p̄bendarū que in dcā
eccleſia obtinent ſint ipō facto ſuſpenſi.
Inhibentes diſtricte et ſub excōicatio/
nis pena quam in his ſcriptis ferimus.
Uniuerſis et ſingulis ad quos fructuū
redditū et ꝓuentuū hmōi miniſtratio
ſeu queuis diſtributio ꝑtinet. ne talibꝰ
ſic ſuſpēſis quicq̄ꝫ de hmōi fructibꝰ red/
ditibus et ꝓuentibꝰ. aut etiā quotidia/
nis diſtributionibꝰ ꝑ ſe vel ꝑ alium ſeu
alios quouis coloꝛe queſito diſtribuant
vel miniſtrent. Si q̄ vero canonici legi
timā habuerint excuſationē ꝓpter quā
a ſuſceptione memoꝛati oꝛdinis velint
et debeāt merito ſuppoꝛtari. illā coꝛā no
bis aut officiali curie nr̄e Colon̄ infra
p̄dictos quattuoꝛ menſes ꝓponere ⁊ ꝓ/
bare debebunt. Et ne diutius p̄fata ec/
cleſia nr̄a diaconoꝝ patiaẗ defectū. vo/
lumus et oꝛdinamus ꝙ ſi dicti canonici
ſic vt p̄fertur moniti nō fuerīt infra q̄t/
tuoꝛ mēſes p̄fatos ad oꝛdinē āndictū ꝓ
moti. ꝙ extūc q̄ttuoꝛ inferioꝛes canōici
pꝛoximioꝛes in gradu ad hoc abiles et
idonei. ſeu tot ꝙ ad minꝰ quīq̄ꝫ vel ſex
diaconi ad miniſtrādū ac ſeruiendūz in
memoꝛato oꝛdine ſufficientes et idonei
ſint in ipā eccleſia continue reſidentes
poſſint et valeāt ad p̄fatū oꝛdinē aſcen/
dere et ad illū ſe facere ꝓmoueri. ac in
eodē libere et licite miniſtrare. Quibus
etiā ſub pena ſuſpēſionis antedicta p̄ci/
pimus et mādamus. vt ad oꝛdinez ipm
cū ad hoc ꝑ dicte eccleſie decanū fuerīt
moniti et requiſiti ꝓcedere nō recuſent
Ut āt ad hoc facilius inclinenẗ ſtatui/
mus et oꝛdinamus ꝙ tales poſt eoꝝ ꝓ/
motionē necnō alij idonei. ſi qui inferio
ris gradus eiuſdē eccleſie canonici iaz
ad oꝛdinē illuz exiſtūt promoti. gaudeāt
et potiantur in capitulo et extra omni/
bus honoꝛibus emolumentis et p̄roga/
tiuis quibus ipſius eccleſie canonici dia
coni gaudere hactenus conſueuerāt et
ſolent. Oꝛdinationē quoq̄ꝫ p̄ſcriptā de/
inceps ꝑpetuo quando et quotiens in
ipā eccleſia opus fuerit volumus obſer
uari. Nō obſtātibꝰ quibuſcūq̄ꝫ eiuſdem
eccleſie contrarijs conſuetudinibus oꝛ
dinationibus et ſtatutis q̄bus in hac ꝑ/
te ob vrgentem ipſius eccleſie neceſſita
tem et euidentem vtilitatem duximus
derogandum.

Contra inobedientes in receptione oꝛ/
dinū quarūcunq̄ꝫ eccleſiarum ciuitatis
et dioceſis Colonienſis.

Item cū nō ſolū eccleſie noſtre
maioꝛi verum etiam vniuerſis
ciuitatis et dioceſis noſtre eccle
ſijs ne in ipſis miniſtroꝛum defectus ex/
iſtat. teneamur ex officij nr̄i debito pro/
uidere. Idcirco felicis recoꝛdatiōis do
mini wilhelmi p̄deceſſoꝛis noſtri inhe/
rentes ſtatuto quod incipit. Ex iniūcte
nobis. Quibuſdam tamē additis et mu
tatis. innouādo ſtatuimus et oꝛdinamꝰ
ꝙ beneficiati quicunq̄ꝫ in noſtra Colon̄
vel alijs collegiatis eccleſijs ciuitatis ⁊
dioceſis p̄dictaꝝ qui dignitates ꝑſona/
tus officia ſeu p̄bendas vel alia benefi
cia eccleſiaſtica quibꝰ certi oꝛdines ſūt
annexi aut debentur pacifice nunc ob/
tinent aut obtinebūt in futuꝝ ſi legitio
ceſſante impedimēto ad hmōi oꝛdines
quos dignitates ꝑſonatꝰ officia ſeu be/
neficia requirūt. quouis modo etiā de
conſuetudine vel de iure. ſi ſubdiaco/
nalis vel diaconalis oꝛdo foꝛſan exiſtit
infra ſex mēſes. ſi vo p̄ſbyteralis oꝛdo
fuerit infra ānū a tpe pacifice poſſeſſio/
nis adepte bn̄ficioꝝ p̄dictoꝝ ſe promo/
ueri nō fecerint. Extūc a ꝑceptiōe fru/
ctuū bn̄ficioꝝ eoꝛūdē que hmōi requi/
runt ſint ipō facto auctoꝛitate pꝛeſentis

noſtri ſtatuti ſuſpenſi quos deductis oneribus eiſdem beneficijs incumbentibus in vſus fabrice ſeu ornamentorum eccleſiaꝝ in quib⁹ beneficia ipa cōſiſtūt decernimus conuertendos. Quā ſuſpēſionē ſi poſtmoduz hmōi bn̄ficiati ꝑ ſex menſes contumaciter ſuſtinuerint. volumus et mandam⁹ ipos dictis ſuis beneficijs hmōi ordines reqrētib⁹. extūc ꝑ ſuos ſupiores ad quos hoc ꝑtinet oīo priuari. et illa alijs idoneis conferri ꝑſonis. qui velint et poſſint ad hmōi ordines infra tps p̄dictū canonice ꝓmoueri penis alijs q̄ cōtra tales ꝓmoueri ad ordines recuſantes ſtatuunt in iure nihilominus in ſuo robore duraturis.

## Contra negligentes miſſam aut euāgeliū vel epiſtolā cantare.

Item ſtatutū bo. me. walrami p̄deceſſoris nr̄i qđ incipit. quāqꝫ bo. me. editum contra canonicos negligentes cantare miſſam aut euāgeliū vel ep̄laꝝ. cum ipis ex ordine hec cantāda incūbūt p̄ntibus ſpēaliter innouātes p̄cipim⁹ ⁊ mādam⁹ ſtatutū hmōi in oī ſui forma firmiť obſeruari. Adijcientes eidē ꝙ negligētia ſeu defectus canonici nō cātātis per ſe vel aliū miſſaz aut euāgeliū vel ep̄lam cū hec ſibi īcūbūt poſſit ꝑ quēcūqꝫ aliū ipius eccleſie canonicū ad hoc idoneuz negligenti canonico etiā irreqſito ſuppleri. Cui ſic alterius in p̄miſſis ſupplēti defectū volum⁹ et ſub pena excōicationis quā ferim⁹ in his ſcriptis precipimus et mādam⁹ ſtatim finita miſſa ꝑ diſtributorē p̄ntiaꝝ ſeu quotidianarum diſtributionū pro tpe eiuſdē eccleſie de hmōi preſentijs ſeu diſtributionib⁹ ipi negligēti tūc cōpetentib⁹ ſeu in poſterum cōpetituris. qttuor groſſos Turonen̄. antiqs ſeu coꝝ in alio pagamento valorē ſine cōtradictione qlibꝫ ſolui et miniſtrari qs ipe diſtributor eidē negligenti poſtmodū defalcare poterit et debebit.

## Vt prelati eccleſiaꝝ cōpellāt clericos ſuos ad celebrationē diuinoꝝ.

Itez quia ꝓpter reprehenſibilē p̄latoꝝ negligentiā et deſidiā in viſitatione p̄dcā cōperim⁹ hore canonice ⁊ alia diuina officia tā in nr̄a maiori qꝫ in alijs collegiatis eccleſijs nr̄e ciuitatis et dioceſ. ſepe negligenť et indeuote ac plerūqꝫ a paucis pſalluň et celebrātur ꝑſonis diſtricte iniūgim⁹ et in v̄tute ſancte obedientie p̄cipiendo mādam⁹ dictaꝝ eccleſiarū p̄latis qten⁹ ipi ꝓut ad eos ⁊ eorū quēlibꝫ ꝑtinet canonicos vicarios ⁊ altariſtas ceteroſqꝫ dictarū eccleſiarū bn̄ficiatos eis ſubiectos ſine licētia et rōnabili cā abſentes ⁊ nō reſidētes ad reſidendū moneāt et requirāt. P̄ntes v̄o. ad intereſſēdū frequēter debitiſqꝫ tpibus horis ⁊ officijs memoratis. necnō ipos vicarios et altariſtas ad celebrādū aſſidue miſſas in ſuis altaribus vt teneň ſtudioſe inducāt ꝯ rebelles ⁊ cōtumaces in p̄miſſis vel aliquo p̄miſſoꝝ ſeu alias quōlibꝫ delinquētes debitā exerceāt diſcipl. nā ſi dei offenſam et nr̄az vitare voluerint vltionē. Verū quia nōnulli p̄dictaꝝ eccleſiarū canonici et alij beneficiati ꝓpť eorū abſentiā a ꝑceptione fructuū p̄bēdaruz et beneficioꝝ ſuoꝝ ꝑ ſuos p̄latos ⁊ ſupiores rite ſuſpenſi ſuſpenſionē hmōi vt accepim⁹ qnqꝫ plurib⁹ ānis cōtumaciter ſuſtinēt. Quidā etiā ſuſpēſiōe ipa durāte nihilominus fructus ſuarū p̄bēdarū et bn̄ficiorū hmōi interdū de facto auſu temerario ꝑcipe nō vereň. ꝓpter q̄ p̄bende et beneficia hmōi plerūqꝫ debitis ſeruitijs indebite defraudāť. Nos itaqꝫ attēdētes ꝙ creſcēte ꝯtumacia creſcere dꝫ et pena. Statuimus et ordinamus ꝙ qcūqꝫ p̄fatarū eccleſiarū beneficiatus deinceps hmōi ſuſpenſionē ꝑ annū integrū ꝑtinaci aīmo ſuſtinuerit ſeu qui durāte ſuſpenſione ipa quicqꝫ de beneficii ſui fructibus a quoꝝ ꝑceptione

eſt ſuſpenſus ꝓpria temeritate ꝑcepit ex cōicatiōis ſniaꝫ quā ferim⁹ in his ſcriptis ipo facto incurrat.

Ut bn̄ficiati nō abſentent ſe a bn̄ficijs ſuis ſine licētia ſuoꝝ p̄latoꝝ. ⁊ tunc faciāt deſeruiri beneficijs ꝑ vicariū.

Preterea ſtatuim⁹ ꝙ quicūqꝫ canonicus aut vicarius vel alias in aliquꝰ p̄dictaꝝ eccleſiarū bn̄ficiatus ſeu intitulat⁹ voluerit ex licita ⁊ rōnabili cā abeſſe teneat a ſuo p̄lato ſeu ab illo vel illis cui ſeu qb⁹ de iure vel cōſuetudine hoc ꝯpetit licētiā petere ⁊ obtinē. q petita et obtēta dꝫ ꝑ aliā pſonaꝫ idoneā bn̄ficio ſuo a quo ſe abſentat durāte ei⁹ abſentia facē deſeruiri qđ ſi non fecerit volum⁹ ⁊ p̄cipim⁹ vt ꝑ decanuꝫ et caplm eccleſie in q̄ bn̄ficiū hmōi ē cōſtitutū. miniſter ſubſtituat idoneus qui eidē bn̄ficio et eccleſie interim deſeruiat in diuinis cui de fructibus et redditibus eiuſdē bn̄ficij mādam⁹ ꝑ ipos decanū ⁊ caplm cōgrue ꝓuideri. qcūqꝫ vero ſine licētia a ſuo bn̄ficio ſe abſentare p̄ſūpſerit. etiā ſi ꝑ aliū idoneū hmōi beneficio deſeruiat. nihilomin⁹ a ꝑceptiōe fructuū ipius beneficij ꝑ illū ad quē id ꝑtinet ſuſpendat. Saluis tn̄ in his rōnabilib⁹ cuiuſlibꝫ eccl̄ie obſeruātijs cōſuetudinib⁹ ⁊ ſtatutis qb⁹ ꝑ hāc conſtitutionē nō intē dimus derogare aut eis p̄iudiciuꝫ aliquod generari.

Ne quotidiane diſtributiones p̄ntiarum fiant in abſentes.

Licꝫ vt canoīci ⁊ alij p̄dcāꝝ eccleſiaꝝ bn̄ficiati ſeu clerici horis canonicis. miſſaꝝ celebratiōib⁹ alijſqꝫ diuinoꝝ officijs dū in ipis ꝑagunt eccleſijs curēt frequēti⁹ intereſſe. Statuimus vt diſtributiōes q̄tidiane in qbuſcūqꝫ rebus cōſtiterit q̄ ꝓ defunctoꝝ mēorijs vel alia q̄uis de cā in dictis eccleſijs canonicis ⁊ alijs bn̄ficiatis eaꝝ dari cōſueuerāt et ſolēt. nō dent niſi illis q huiuſmodi officijs et mēorijs tp̄e quo celebrāt ⁊ fiūt in choris earudē eccleſiaruꝫ p̄ncialit intſunt licꝫ in ipis eccleſijs p̄ntes exiſtāt. Qui vero alit de diſtributiōibus ipis qcq̄ receperint. illis tn̄ q̄s infirmitas ſeu iuſta ⁊ rōnabilis corpis ā eiudēs eccleſie vtilitas excuſaret. Nōnullis etiā eccleſiaꝝ p̄latis qb⁹ de antiq̄ ipaꝝ eccleſiaꝝ cōſuetudie et obſeruātia diſtributiōes hmōi etiā in abſentia ſūt ſolite miſtrari except. Rex ſic receptarū dn̄m nō acquirāt. nec faciāt eas ſuas īmo ad oīm reſtitutionē q̄ ꝯ hmōi nr̄m ſtatutū receperint teneāt. Mādantes et diſtricte p̄cipiētes vniuerſis adminiſtratorib⁹ ꝓ tp̄e dcāꝝ diſtributionū vt ſtatutū hmōi fidelit tenē et obſeruare procurēt. Alioqn ꝯtriū faciētes ipo facto excōicationis ſnīa īnodam⁹. Premiſſis inſuꝑ addēdo ſtatuim⁹ et ſub pena p̄dcā mādam⁹ vt p̄fate diſtributiones q̄ten⁹ facultates ⁊ vires bonoꝝ ac redditūuꝫ ad eas faciēdas aſſignatoꝝ patiunt dentur horis tp̄ib⁹ ⁊ modis et ad h ꝑ illos q̄ eas de ſuis vel aliorū bōis ordinarūt rōnabilit conſtitutis. Et ꝓut hore tp̄a ⁊ modi hmōi in libris mēoriaꝝ cuiuſlibꝫ eccleſie ānotati et conſcripti exiſtūt reprobātes penit⁹ et oīno deteſtabilem abuſuꝫ q ī qbuidā eccleſijs īoleuit. in qb⁹ illi q in cōmēdatiōe aīaꝝ duꝫ legitur pſalm⁹. Miſerere. p̄ntes exiſtūt. licꝫ an̄ et p⁹ ſe abſentauerint diſtributiōes q̄ ꝓ defunctoꝝ mēorijs largiunt īegraliter ꝑcipiūt. ac ſi totali aīaꝝ officio videlꝫ. vigilijs. miſſe et ꝯmēdatiōi p̄ncialit interfuiſſent. P̄ntias q̄s vno die habere nō p̄t in duab⁹ eccleſijs ciuitatis Colon̄ niſi ſit p̄latus in vna ex ipis.

¶ Itē vt his q in duab⁹ vel plib⁹ eccleſijs nr̄aꝝ ciuitatis ⁊ dioceſ canoīci vel alias bn̄ficiati exiſtūt vagatiōis ⁊ diſſolutiōis ſubtrahat occaſio. Statuim⁹ et ordiam⁹ ꝙ nemo deinceps vna die ī diuerſ eccleſijs in qb⁹ bn̄ficia ꝯtinet q̄tidianas diſtributiōes ꝑcipiat niſi in aliq̄

p̄dictaꝝ eccleſiarū ſit p̄latus/ eu alias ei
hoc ꝯpetat ex p̄uilegio vel iure alio ſpe
ciali. ne dū ad plures vno tpe feſtinat ec
cleſias nulli eaꝝ debitū famulatū īpēdat

De annis gratie defuncto ac eccleſie
debitis redimendis.

Tē cupientes diuinū cultū nr̄is auge/
ri tpib⁹ q̄ ꝑt defūctoꝝ canonicoꝝ p̄bē
das q̄rū fruct⁹ de cōſuetudīe vt accepi/
mus in ſingulis fere collegiatl. eccleſijs
nr̄e ciuitatis et dioceſis ad certos annos
ip̄is eccleſijs et defunctis de ſcō totalit̄
applicāt̄ in multis eccleſijs ē nō modicū
diminutus. ꝯſtitutionē. ſuſcepti regiminis ꝑ
fe. re. Johis pape. xxij. ſup hoc editam
volum⁹ ⁊ mādam⁹ in oī ſua forma dili/
gēti⁹ obſeruari. ¶ Preterea cōcedim⁹
et indulgem⁹ his q̄ p̄bēdas ſacerdota/
les in dictis eccleſijs iā obtinent vel in
poſteꝝ obtinebūt ſalua moderatiōe pre
dicte ꝯſtitutiōis. ſuſcepti regiminis ꝙ ipi
ſi voluerit oīm et ſinguloꝝ ānoꝝ expe/
ctātiaꝝ in q̄lib; eccleſia videl; quēlib;
ānū quē elegerit redimēdū. poſſint ⁊ va
leant ꝓ. xxx. groſſoꝝ Turoneñ monete
quōdā walrami p̄deceſſoris nr̄i aut eo/
rū valore redimere. ſicuti idē p̄deceſſor
nr̄ in q̄dā ꝯſtitutiōe ſua ſup hoc edita
his q̄ via ꝑmutatiōis p̄bēdas in dictis
eccleſijs aſſequūt̄. noſcit̄ indulſiſſe
¶ Preterea ſtatutū eiuſdē p̄deceſſoris.
nr̄i ꝙ fructus ānoꝝ expectātiaꝝ aut pe
cuniā q̄ a canonicis via ꝑmutatiōis in/
trātib⁹ et fruct⁹ hmōi redimētib⁹ datur
int̄ ſingulares canonicos diuidi ꝓhibet
ſed in cōe; vtilitatē videl; ad fabricam
vel ornatū ip̄aꝝ eccleſiaꝝ dūtaxat ꝯu er
ti volētes īuiolabilit̄ obſeruari. ip̄; ꝑt
multoꝝ abuſu; duxim⁹ pene adiectiōne
īnouādū. Statuentes vt trāſgreſſores
dicti ſtatuti excōicatiōis ſniā; ipo facto
incurrāt. a q̄ abſolui nō valeāt donec ea
q̄ de mēoratis fructib⁹ ſeu pecunijs in
coꝝ p̄uatā vtilitatē cōuerſa fuerint ple
ne et integraliter reſtituāt et de trans/
greſſione hmōi ſatiſfecerint competēter

Si expectās morit̄ anteq̄ fruct⁹ ꝑ/
cipiat ſucceſſor eius tpa ſua continuat.
nec denuo tempus inchoat.

Tem quia walramus p̄deceſ/
ſor nr̄ p̄ſat⁹ ne p̄bēdas eccleſiaꝝ
in q̄b⁹ vacātib⁹ p̄bendis fruct⁹
eaꝝ ꝑ certos ānos defunct⁹ et eccleſijs
de cōſuetudīe applicātur nimis diu ſuis
ſeruitorib⁹ et miniſtris carere cōtingat
alijſq̄ legitimis rōnibus motus duxit
ꝓuide ſtatuendū vt nulla eccleſia ciuita/
tis et dioceſis Coloñ ſibi et defuncto vl
tra q̄driennū fructus p̄bendaꝝ ip̄i⁹ ec/
cleſie vacātiū etiā ſi durātib⁹ ānis ex/
pectātiaꝝ vacēt pluries ſucceſſiue veni
dicet vel vſurpet queſtio de q̄ttuorān/
nis expectañ. Sepe dubitat̄ a multis ſi
aliq̄s canoīc⁹ p⁹ ꝯpletū dictoꝝ ānoꝝ nu
meꝝ ad ꝑceptionē fructuū p̄bēde ſue ſic
admiſſus decedat vel p̄bēdā ſuā ſimplr̄
vel ꝑmutationē vel alia q̄uis ex cā re/
ſignet ſeu dimittat. vtrū dictū ſtatutu;
etiā locū habeat in hoc caſu. declaratio
Nos dubitationē hmōi in caſu p̄miſſo
locū hr̄e ip̄mq̄ ſiſitudine rōnis inducti
ad eundē caſu; extēdim⁹ et ꝓrogamus
mādātes et ſub pena ſuſpeñ ab officio ⁊
būficio diſtricte p̄cipieñ vt ſucceſſor in
tali p̄benda ſine vlteriori expectatione
ad ꝑceptionē fructuū illi⁹ p̄bēde quaſ/
lib; difficultate ſemota beniuole admit
tat̄. nō obſtāte ꝯria cōſuetudine. ſi q̄ for/
ſan ab aliquib⁹ p̄tendat̄ eccleſijs vel ꝑ/
ſonis de facto ſeruata. q̄ vtpote abuſio/
nem et corruptelā penitus abolemus.

Ut miniſtri maneant apud preſby
terum circa altare.

Te; ꝙ nōnulli diaconi ⁊ ſubdiaconi in
nr̄a maiori alijſq̄ collegiatl. eccleſijs nr̄e
ciuitatis et dioceſ̄ ſacerdotib⁹ ad alta/
re pro tempore miniſtrantes plerunq̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt intelleximus tpe celebrationis miſſa
rum. dū circa altaris miniſteriū deberēt
eſſe ſoliciti. ⁊ cū debita veneratione in/
tenti circūcirca ipm altare hincinde ir/
reuerēter vagantes. ꝓphanis ac vanis
nedū virorū ſed etiā mulierū colloqijs
intendere nō formidāt in diuine maie/
ſtatis offenſaz. et aſtātiū ſcādalū ꝑplurimoꝝ
Quidā ꝟo hmōi miniſtrātiū et nōnulli
alij earundē eccleſiaꝝ tā canonici q̄ꝫ vi/
carij chorū pro tpe in dictis eccleſijs re/
gentes et lectiones legentes nō nunq̄ꝫ
calopedibus cōtra ſtatuta bone me. wil
helmi p̄deceſſoris nr̄i ſup hoc edita in/
decenter vtunť. Quidā etiā cōtra me/
morati p̄deceſſoris nr̄i ſtatuta ſepius le/
gunt p̄uate horas ſuas in choro dū diui
na inibi officia ab alijs ſolenniť paguntꝰ
Sūt inſup nōnulli q raro ad choꝝ cō/
ueniūt. ſunt et alij q̄ chorū ipm abſq̄ꝫ rō
nabili cā ante finē diuini officij frequē
ter exeūt. Et ſunt nōnulli q tpe diuino
rū dū ſpūalib⁹ cāticis et orationib⁹ de/
berēt humiliter et deuote inſiſtere. in ec
cleſia de loco ad locū vagātur ac vanis
et ſupfluis laicorū et aliorū colloquijs
⁊ cōfabulatiōib⁹ intēdūt ꝓut hec ⁊ plu
ra alia indecētia cōperim⁹ ex viſitatiōe
antedicta. Nos igiť ſūp his ꝓuideri cu
pientes ipaꝝ eccleſiaꝝ decanis ad q̄s
hmōi exceſſuū ſpectat correctio in ꝟtu/
te ſancte obedientie diſtricte iniūgimus
q̄tenus tales ſic corrigāt ꝙ metu pene a
p̄miſſis et alijs conſilibus exceſſibus et
indecentijs prorſus abſtineāt ⁊ alij eoꝝ
exemplo perterriti ſīlia facere ꝑtimeſcant
Intimamus etiā eiſdē decanis ꝙ ſi ipī
circa correctionē hmōi exceſſuū ſeu in/
decētiarū negligentes et remiſſos ſe ex
hibuerint nos cōtra eos ꝓpter hoc ad
penas debitas ꝓcedemus ⁊ nihilominꝰ
eoꝝ negligētias ꝓut nobis ex officij nr̄i
debito incūbit ſupplere curabimus re/
medijs oportunis.

De ſtatiōibus qualiter ſint obſeruā/
de et de penitētijs dandis in eiſdem.

Itē vt ſtationes ſolite et cōſue
te in ciuitate nr̄a Coloñ. et ex/
tra honorifice et decenter teneā
tur et fiāt. ſtatuim⁹ et ordinam⁹ ꝙ diſtri
butiōes quotidiane q̄ canonicis ⁊ alijs
bn̄ficiatis hmōi ſtationib⁹ intereſſenti/
bus dari ſolēt nullis de cetero deń niſi
illis qui ꝓceſſionaliter ad locuz ſeu ec/
cleſiā vbi ſtatio ſeruať vadūt. ac choruz
ipius eccleſie intrant ibiq̄ꝫ vſq̄ꝫ ad finē
diuini officij ꝑſeuerāt ⁊ pacto officio cū
cruce ad eccleſiā ſuā reuertunť. Exce/
ptis illis quos ad reuertendū cā rōna/
bilis excuſaret. Et vt hmōi ordinatio
noſtra ſuum melius ſortiatur effectum:
Inhibemus ſub pena excōicationis di/
ſtributoribus pro tpe dictaꝝ diſtributio
nuz ꝙ diſtributores hmōi niſi poſt ſta/
tionē cōpletā et reditū proceſſiōis nul
li cuiuſcūq̄ꝫ etiā ſtat⁹ dignitatis vel con
ditionis extiterit tribuāt ſeu miniſtrēt
nec in hoc fraudem aliquā committere
quouis mō audeant vel p̄ſumāt.

De baculo ſancti petri.

Item cuz baculū beati petri de eccleſia
nr̄a Coloñ ad aliquā ſtationē cū cruce
ꝓceſſionaliter vt moris ē portari cōti/
gat ipm in eccleſiā cū cruce et proceſſio
ne ſolēnriter et deuote vt decet reporta
ri p̄cipim⁹ et mādamus. nō obſtāte ꝯria
obſeruātia quā velut inhoneſtā et ꝯ re/
uerētiā beato petro patrono nr̄o debi/
tam merito deteſtantes obſeruari de ce
tero diſtrictius inhibemus.

De chorali pellicio.

Item ſtatutum Conradi bo. me.
p̄deceſſoris nr̄i vt videlz in ci/
uitate nr̄a Coloñ. canoīci in ma
gnis feſtiuitatib⁹ ⁊ ſolēnib⁹ ſtationibus
ſine chorali pellicio in eccleſijs vel eoꝝ
choris nō icedāt, qđ quorūdā temēitas

male ſeruat volẽtes hmõi ſtatutū qđ
honeſtati cõgruit pene adminiculo iu/
uare. trãſgreſſores ipſius in amiſſione q̃ti/
dianaꝝ diſtributionū q̃s illa die in ec/
cleſijs in q̃bꝰ bñficiati exiſtūt habituri
forẽt mulctari volumus et puniri.

De propina vigore lr̃aꝝ aplicaꝝ
vel ordinis receptionis.

Item ſtatuimꝰ cū q̃s vigore aplice aut
alterius grẽ in nr̃a maiori vel alia colle
giata eccleſia nr̃e ciuitatis vel dioceſis
tpe publicatiõis lr̃aꝝ hmõi grẽ ſeu ad/
miſſionis vel receptionis ſue ad q̃dcū/
q̃ bñficiū. in aliq̃ dictaꝝ eccleſiaꝝ conſi/
ſtens. decano et capitulo ſeu canonicis
ipſius eccleſie in qua hmõi lr̃as publica/
ri ſeu admiſſionẽ et receptionẽ fieri cõ
tingit. ſemel dederit propinã ab ãtiquo
eis dari ſolitam et cõſuetã. Si idẽ poſt
modū hmõi beneficiū tãq̃ ſibi nõ debi/
tū dimiſerit ſeu ab eo finaliter deuictū
fuerit et vigore eiuſdē grẽ aliud bñfi/
ciū in eadem eccleſia fuerit aſſecutus.
vel vt aſſequat̃ inſiſtat. ꝓpter hoc ad ali
am ꝓpinam denuo ſoluendã ſeu dandā
nullatenus teneat̃ ſub excõicatiõis pe/
na diſtricte inhibẽtes. ne aliqui ꝑtextu
alicuius etiã cõſuetudinis hactenꝰ ob/
ſeruate quã minus equã et rationi ꝯtriã
reputamus. Propinã hmõi plus q̃ ſe/
mel in caſu premiſſo a quoq̃ directe vel
indirecte ꝑſumãt exigere ſeu extorque/
re. Cõtrariū facientes ad reſtitutionem
ſic extractoꝝ teneri volumus et effica/
citer obligari. nulla eis in hoc coꝝ qui/
bus reſtitutio facienda fuerit remiſſio/
ne liberalitate ſeu grã valitura.

Ultra antiquã conſuetudinẽ nõ eſt
augmentanda ꝓpina. a vicarijs altariſt.
ſeu choriſocijs.

Preterea ex viſitatione ãndicta in
tellexímus q̃ decanus et capitulū
eccleſie nr̃e maioris ſuis ꝓprijs commo
dis inhiãtes nuꝑ paucis annis elapſis
quãdã ordinationẽ ſua aucte fecerūt de
facto. ꝑ quã antiquã ꝓpinã a vicarijs al
tariſtis et choriſocijs ipſius eccleſie cum
de nouo in ipa eccleſia recipiunt̃. dari
ſolitã. augmẽtare temere ꝑſumpſerunt in
ipoꝝ vicarioꝝ altariſtaꝝ et choriſocioꝝ
ꝑiudiciū nõ modicū et grauamē. Nos
ordinationẽ hmõi vtpote illicitã cū ſa/
cris ſit inimica canonibꝰ merito repro/
bãtes. eã q̃tenꝰ de facto ꝓceſſit. caſſamꝰ
tollimꝰ et irritamꝰ. eiſdẽ decano et capi
tulo ſub excõicatiõis pena firmit̃ inhi/
bentes. ne de cetero memoratã ꝓpinam
nouã ab aliquo exigere vel recipe quo/
cūq̃ colore queſito ꝑſumãt ſed antiq̃ ꝓ/
pina cõtenti exiſtãt. Alioq̃n tã exigẽtes
et recipientes q̃ etiã hmõi nouã ꝓpinã
ſoluentes. ipſo excõicationis ſniaꝫ ſe
nouerit incurſuros. Prefatã ãt inhibi/
tionẽ et eius penã in q̃buſcūq̃ etiã col/
legiatis eccleſijs nr̃aꝝ ciuitatis dioceſ
earūq̃ ꝑſonis ſili modo infectis locū
habere volumꝰ et ad eaſdẽ extendi.

Panes qui dant̃ loco diſtributionū
quotidianarum nõ debent dari alijs q̃
diuinis intereſſentibus.

Item cū ea que ad certū vſum
largitione fidelium ſunt deſtinata
ad illū debeãt et nõ ad aliū vſum
conuerti. inhibemus ſub excõicationis
pena quã in oẽs et ſingulos ꝯtrauꝫ quo/
libꝫ facientes ſeu fieri procurantes fe/
rimus in his ſcriptis. ne quotidiane di/
ſtributiones in eccleſia noſtra Colonieñ
in ſimellis q̃ panes cenales cõiter nun/
cupant̃ cõſiſtentes. et canonicis ac vica
rijs ſeu altariſtis et choriſocijs ipſius ec
cleſie diuinis officijs et defunctoꝝ memo
rijs dum in ipa eccleſia pagunt̃ inter/
eſſentibꝰ dari ac miniſtrari conſueuerūt
et debent. ad quoꝝ vſus diſtributiões

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hmōi vt ex dicta viſitatiōe cognouim⁹
ſpecialiter et dūtaxat ſunt deputate p/
ſonis alijs. ſicut a nōnullis ānis proxi/
me preteritis citra eas in dictorum ca/
nonicorum vicariorum ⁊ choriſociorū
preiudicium cōperimus indebite mini/
ſtratas de cetero vllatenus miniſtrent.

### De ciſta vicarioꝝ

Tem ꝙ ꝓpter frequētes mutatiōes vi
cariorū et altariſtarum in noſtra cathe/
drali et alijs eccleſijs collegiatis nr̄arū
ciuitatis et dioceſis cōplures lr̄e vt ex
p̄fata viſitatione pcepimus ſup funda/
tionib⁹ ac bonis et iuribus vicariarum
et altariſtarum dictaꝝ eccleſiarū cōfecte
dānabilit̄ ſūt depdite et neglecte. Nos
earūdē vicariarū et altariū idēnitatib⁹
in futurū q̄ntū poſſumus p̄cauere volē
tes. Precipim⁹ et mādam⁹ vt infra ſex
menſes poſt publicationē pn̄tiū con/
tinue ſequentes in qualibꝫ p̄dictarū ec/
cleſiaꝝ p capl̄m earūdē ꝓcuret expenſ
rectoꝝ vicariaꝝ et altariū p̄dictoꝝ vna
bona et cōueniens ciſta que duas habe
at ſeras et duas claues diuerſas. quarū
vnam ſenior canonicus preſbyter iuxta
ſui introitus ordinē. Et aliā pari modo
ſenior vicarius ſeu altariſta cuiuſlibꝫ ec
cleſie reſidentes fideliter cuſtodiant et
conſeruent. Et cū vnū illorū abeſſe con
tigerit alteri ſeniori poſt eū clauē ſuam
vſqꝫ ad eius reditū cuſtodiendā cōmit/
tat. Ad quā quidē ciſtā q̄libꝫ vicarius
ſeu altariſta vniuſcuiuſqꝫ eccleſie vni/
uerſas lr̄as ad ſuā vicariā ſeu altar̄ ſpe/
ctātes ſimul in aliquo pro ſcrinco inclu
ſas reponere teneat̄. copijs ipaꝝ lr̄aꝝ
apud ſe retentis. Ita ꝙ q̄ncūqꝫ aliquis
hmōi vicariorū ſeu altariſtaꝝ lr̄is ſuis
originalib⁹ in iudicio vel extra indigue
rit ad dictā ciſtā valeat habere recurſū
Quicūqꝫ vero vicarius ſeu altariſta ſi/
ne cauſa legitima cōtra p̄miſſa vel eorū
aliqd ſe oppoſuerit volumus illum tam
diu a pceptione fructuū ſue vicarie ſeu
altaris manere ſuſpenſum donec ea qua
tenus ipm̄ concernūt effectualiter cura
uerit adimplere.

### De abſentia .xv. dieruꝫ in anno cle/ ricoruꝫ maioris eccleſie Colon̄.

Tem licꝫ bone memorie Adol/
phus eccleſie nr̄e canonicus dū
vixit duduꝫ in ſuo teſtamento
p euꝫ rite condito de conſenſu decani ꝓ
tpe et capl̄i ipius eccleſie ad diuini cul/
tus augmentū inſtituit et ordinauit q̄t
tuor clericos q̄ horis nocturnis et diur
nis chorū dicte eccleſie freq̄ntare ⁊ di/
uinis officijs inibi quotidie tpibus de/
bitis intereſſe deberēt. Quibus ob hoc
idem Adolphus de bonis ſuis certos
redditus deputauit ꝓut hec et alia in
dicto teſtamēto in libro p̄uilegioꝝ eiuſ/
dem eccleſie cōſcripto dicunt̄ plen⁹ cō
tineri. Tn̄ ſicut nobis ex p̄fata viſitatio
ne innotuit nonnulli ex dictis clericis
aliorū ſeruitijs inſiſtentes. et quidā eorū
alijs implicati negocijs a dicta eccleſia
ſe abſentāt et ad p̄dictū chorū raro con
ueniūt q̄uis cū integritate pcipiāt red
dit⁹ añdictos ꝓpter que eccleſia ipa de/
bito miniſtrorum ſeruitio et p̄fati adol
phi pia ordinatio indebite defraudatur
Nos volētes ſup hoc pñna ſolicitudie
ꝓuidere firmiter inhibem⁹. ne aliquis
dictoꝝ clericorū deinceps cuiuſcūqꝫ p/
ſone eccleſiaſtice vel ſecularis obſequio
p quod a frequētatione dicti chori poſ/
ſit aliq̄ten⁹ īpediri ſe deputet vel aſtrin
gat. nec a dicta eccleſia ſine expreſſo con
ſenſu decani et capituli ipi⁹ eccleſie ex
cauſa legitīa vel vltra .xv. dies in anno
ſe abſentet. Si qs v̄o cōtrariū fecerit p
dictos decanū et capl̄m ſuo priuet̄ ſtipē
dio et in eius locum alter idoneus per
eoſdem decanuꝫ et capitulū infra mēſeꝫ
poſtea ſubſtituat̄. Alioquin dicto mēſe

elapſo nos ipſorum negligentiam ſup/
plere curabimus vt tenemur.

Repatio in tpalibus eccleſie Coloñ.

Tem circa bona tpalia ad menſaʒ capi/
tuli eccleſie nr̃e Coloñ ſpectãtia ſine q̃/
bus ſpũalia diu ſubſiſtere nequeũt. In
quorũ diſpoſitione. gubernatione et ad
miniſtratione plurimos defectus neg/
ligentias et abuſiones eidẽ eccleſie ⁊ ꝑ
ſonis ipſius dãnoſos et p̃iudiciales cõ/
perimus vt ſeqtur duximus ꝓuidendũ.

Separatio inter prepoſitum et capitu/
lum eccleſie Coloñ.

In primis ſtatuimus et ordinamꝰ ac vo
lumus ꝙ ſeparatio bonoꝝ tpaliũ dudum
ſub ãno dñi. M.ccc.lxxiij. die viij. men
ſis Januarij ãni eiuſdẽ inter. E. de mar
ka tũc ꝓpoſitũ ex vna. decanũ et capłm
eccleſie nr̃e Coloñ ſupdicte pte ex alte/
ra. ꝑ nos et de cõſenſu et auctē nr̃is fa/
cta et ordinata. necnõ ꝑ fe. re. dñm Gre/
goriũ papã. xi. approbata et confirmata
tã ꝑ ꝓpoſitũ q̃ʒ ꝑ decanũ et capitulũ pro
pte eiuſdẽ eccleſie in oĩbus et ꝑ oĩa iux
ſui tenorẽ et formã ꝑpetue et inuiolabi/
liter obſeruet̃. Volẽtes ꝓut idem dñs
Gregorius voluit ꝙ bona poſſeſſiones
et iura de q̃bꝰ in ſeparatione ipa mẽtio ha
betur et ius ꝑcipiendi ea inter ſingula/
res canonicos ipſius eccleſie nõ diuidã
tur. ſed ꝑpetue in cõi remaneãt et ad v/
ſus p̃bendaꝝ et ſuppletionẽ earũdem ꝑ
cõem officiatũ ꝑ p̃dictũ capitulũ depu/
tandũ gubernãda et adminiſtranda. de/
cernentes irritũ et inane. quẽadmoduʒ
dictus dominus Gregorius etiã decre/
uit. ſi ſecus a quoq̃ʒ quicq̃ʒ attentatum
iam ſit vel in poſterũ attẽtetur. qđ etiã
ſub pena excõicationis quã in his ſcri/
ptis ferimꝰ in contrariũ faciẽtes diſtri/
ctiſſime prohibemus cuius ſeparationis
tenor ſequit̃ et eſt talis. Gregorius epſ

ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuã rei
memoriam. &c.

Reuocatio ſeparationis bonorum
maioris eccleſie Colonienſis

Onſequenter quia quorũdã ca/
nonicoruʒ eccleſie nr̃e p̃fate Co
loñ auaricie cecitas. aĩos occu/
pauit et occupat vt q̃ ꝑ vias directã
diuiſionũ bonoꝝ p̃fatoꝝ iure et dicta ſe
paratione ꝓhibente. interdicta nouerint
ꝑ vias cõmiſſionis et locationis ⁊ alijs
exquiſitis modis et vijs fraudẽ iuri et
dicte ſeparationi cõmittentes. ſibi vſurpa
re temere p̃ſumpſerũt et p̃ſumũt. vnde
ex vbis et mente dicte ſeparationis ꝓnũ/
ciamus decernimꝰ et pñtiuʒ tenore de/
claramus ꝓnũciationes cõmiſſiões ſeu
diuiſiones quorũcunq̃ʒ bonoꝝ p̃dictorũ
aut quocũq̃ʒ alio noĩe vocent̃. q̃ncunq̃ʒ
poſt datã dicte ſeparationis factas et ma/
xime alias de ãno dñi. M.ccc.xcvij. de
menſe ſeptembri. die. xviij. eiuſdem et
alie poſtmodũ ſb ãno dñi. M.ccc.xcviij.
de menſe decembri. eiuſdem anni factas
fuiſſe et eſſe de ipo iure nullas irritas ⁊
inanes ac cõtra tenorẽ mentẽ et formã
dicte ſeparationis ac eccleſiã contra iuris
diſpoſitionẽ ⁊ vtilitatẽ ipiꝰ eccleſie ⁊ ca
pituli eiuſdẽ attentatas et preſumptas
aliaſq̃ʒ fuiſſe et eſſe nullius roboris vel
firmitatis ipas ꝓnũciatiões cõmiſſiões
ſeu diuiſiones etiã quibuſcũq̃ʒ noĩbus
cenſeant̃ de facto ꝓut de facto tãtũ pro
ceſſerunt in oĩbus ſuis pũctis et clauſu
lis. et ꝑ oĩa quãtũ ad predicta bona re/
uocamꝰ. Monemus inſup oẽs et ſingu
los canonicos eiuſdẽ eccleſie cuiuſcũq̃ʒ
ſtatus gradus vel conditionis exiſtant
in dictis pronunciationibus noĩatos ⁊
expreſſos. et ſingulariter quẽlibʒ eorũ/
dem. coniunctim et diuiſim. qui occaſione
dictarũ pronũciationũ ſeu alterius ea/
rundem. Curtes. bona. poſſeſſiones. de/
cimas. redditus ſeu iura quecũq̃ʒ vel q̃

liacunq̨ de et ex p̄dictis bonis habent
tenent vel poſſident. ſub pena excōica/
tionis quā ferimus in his ſcriptis. q̄te/
nus hmōi bona poſſeſſiones. curtes. de
cimas. domus. reddit⁹. ſeu iura ꝓut ipi
et quilibꝫ ipoꝛuꝫ tenēt oīa et ſingula in
fra quidecīꝫ dies poſt publicationē hu/
iuſmodi immediate ſequeñ. quoꝛū dierū
quinq̨ pro primo. quīq̨ pro ſecūdo ⁊ re
liquos pro tertio termino et monitiōe
canonica aſſignamus eis et cuilibꝫ eoꝝ
coniunctim et diuiſim in manibus capi
tuli euiſdem eccleſie ꝟbo et facto abſq̨
fraude libere dimittāt. et extra manus
ſuas ponāt vlteri⁹ occaſione vel cauſa
dictaꝝ ꝓnūciationū ſe nōītromittāt de
eiſdē. nec fructus de cetero reddit⁹ vel
ꝓuentus recipiāt vel ꝑcipiāt ex eiſdeꝫ
ſed libere ipa oīa et ſingula ad capitulū
ſupdictū cum ſuis ꝑtinentijs. fructibus
redditibus et ꝓuentibus et in commu
ni habenda. ac ꝑ cōeꝫ officiatū ipius ec/
cleſie deputatū vel deputādū regēda et
gubernāda ac reuerti ꝑmittāt. et q̄ntuꝫ
in eis ē reuerti ⁊ redire faciāt ſine frau/
de ⁊ dolo procurēt. diſpoſitionē ⁊ decla
rationē āt de leuatis et ꝑceptī. indebite
ꝑ eoſdē canonicos hucuſq̨ de et ex bo/
nis añdictis nr̄e reſeruamus declaratio
ni. Ipoſq̨ canonicos ad nos remitti et
venire volumus et ꝑcipim⁹ infra alios
quidecim dies ex tunc īmediate ſequeñ
ſup hoc nr̄aꝫ volūtatem audituros. ſub
pena ſuſpenſionis ab officio quā in ipos
et quemlibꝫ ipoꝛuꝫ ſi nō fecerint in his
ſcriptis dicta monitione canonica p̄miſ/
ſa ferimus. Inhibemus etiā auctoꝛita/
te ſupdicta ſub pena excōicationis late
ſnīe quā in ſingulares ꝑſonas et ſuſpeñ
in capl̄m ferimus in ſcriptis et ꝓmul/
gamus. ſi forte contra inhibitionē nr̄aꝫ
hmōi quicq̨ fecerint vel fecerit atten/
tauerint ſeu attentauerit quouis modo
quouis etiā queſito coloꝛe. q̄ten⁹ de ce/
tero a talibus vel conſilibus diuiſioni/
bus pronunciationibus cōmiſſionibus
aut quouis alio noīe vocari poſſint p̄s
fatoꝝ vel conſimiliū bonoꝛū poſſeſſionū
curtiū decimarū. redditūꝫ et iuriū ab/
ſtineāt. Sed ipa oīa et ſingula in cōi et
adhuc oēs vſus ꝑpetuo ꝑ cōeꝫ officia/
tū gubernāda regenda et adminiſtrāda
remanere ꝑmittāt. diſpoſitionē et oꝛdia
tioneꝫ bonoꝛuꝫ īmobiliū ad quotidia/
nas diſtributiones ſeu p̄ntias in eccle/
ſia nr̄a añdicta ſpectātiū in iā dictis ꝓ/
nūciationib⁹ inter nōnullos canonicos
diuiſos vt in viſitatione nr̄a hmōi com
perimus nobis in poſterū faciendaꝫ re
ſeruamus.

Eccleſia Coloñ vltra annuꝫ nō com
mittat officia hic ſubſcripta.

Similiter ex eiſdeꝫ et alijs rōna
bilibus cauſis nos mouentibus
ꝓnūciationes ſiue cōmiſſiones
officioꝛū q̄ttuoꝛ villarū ſeu locoꝝ. vide
in Erpyl. in woryngē. in gluwel. et in
vryſheim ad eccleſiā et. capl̄m nr̄m Co/
loñ ſpectātiū et ꝑtinētiū. q̄buſcūq̨ et ꝑ
quaſcūq̨ ꝑſonas ſiue in ꝑpetuū ſiue ad
vitā ſiue ad tpꝰ longū vel breue vltra
vnuꝫ annū facte fuerint. p̄ntiuꝫ tenoꝛe
tanq̨ nullas et inualidas, de iure et cō/
tra tenoꝛē et mentē ſeꝑationis añdicte
p̄ſumptas ⁊ attentatas. q̄tenus de facto
proceſſerint caſſamus irritamus et pe/
nitus reuocam⁹. Mādātes oībus ⁊ ſin/
gulis et cuilibꝫ ipoꝝ ſingulariter. q̄ de
dictis officijs vel aliquo eoꝛūdē hacte/
nus ſe intromiſerit et de p̄nti intromit/
tunt. q̄s etiā tenoꝛe p̄ntiū monemus et
diſtricte requirim⁹. q̄ten⁹ infra. xv. dies
p⁹ publicationē p̄ntiū īmediate ſequeñ
dicta officia et quodlibet ipoꝛum ipaſq̨
villas libere et expedite dimittāt. ⁊ ſe
de cetero occaſiōe dictaꝝ ꝓnūciationū
ſeu cōmiſſionum nullatenus intromit/
tant. permittentes ipa et quodlibꝫ eo/
rundem ad oꝛdinationem et diſpoſitio/
nem ipſius capituli libere reuerti.

Alioquin ipſos oēs et ſingulos ꝯtrīū fa/
cientes et quēlibz ipoꝝ dcā monitione
xv. dierū pfixione pro canonica moniti
one pmiſſa in his ſcriptis excōicamus
et excōicatos publice precipimus euī/
tari. ¶ Preterea ſtatuim9 et ordinam9
ꝗ dicta officia villarū de cetero ſingu/
lis ānis et ad vnū ānū tm̄ et duntaxat
ſicut cetera officia ānalia ipi9 eccleſie ꝑ/
ſonis fidedignis ⁊ idoneis vni vel plu
ribus ſiue ſint hmōi perſone de gremio
eccleſie ſiue extranei ꝑ capl̄m cōmittāt
ita ꝗ oīs vtilitas et emolumentū obuē
tio ſeu prouentus ex ipis officijs ꝑuē
nientia cōpetenti ſallario officiatorum
ſaluo. in vſus cedāt capituli ānūciati qui
officiati ꝑ tpe teneant ſicut cetera offi/
cia ānalia habeñ. de hmōi prouentibus
et obuētionibus ſingulis ānis debituz
facere cōputū et rōnem. decerneñ irri/
tū et inane ſi ſecus a quoqꝫ fuerit atten
tatū. Et nihilominus in ꝯtriuz faciētes
tā cōmittētes qꝫ recipientes pñtis con
ſtitutionis auc̄te ab officio et beneficio
et ab ingreſſu eccleſie ſint ſuſpenſi. quaz
ſuſpenſionē ſi ꝑ. xv. dies cōtinuos quos
pro canonica monitione eiſdem et eorū
cuilibz aſſignamus ſuſtinuerint. ex tūc
ꝑut ex nūc ſnīa excōicationis auc̄te p̄/
dicta ſint et quilibz eoruz ſit innodatus
quouſqꝫ officia hmōi libere dimittāt. quos
etiā ex tunc tāqꝫ excōicatos mādamus
publice euitari.

Preterea ſtatuimus volumus ⁊
tenore pñtiuz ordinamus quod
deinceps ob neceſſitatem. vtili/
tatem. cōmoditatē ſeu aliā rōnabilem ⁊
legitimā cauſaz eccleſie et capituli p̄di/
ctorum poſſeſſionū obedientiaꝝ curtiū
decimarū grangiarū domorum bonorū
reddituū ſeu iurium vel rerū quarūcūqꝫ
īmobiliū vnius ſeu plurium quocunqꝫ
noīe cenſeantur et ad ipaz eccleſiā nūc
vel inantea et in futurū ſpectāntiū et ꝑ/
tinentiū venditio locatio conductio ad
firmā vel in ephiteoſim datio vel com/
miſſio in ꝑpetuum vel ad certum tpſ ꝑ
ānua penſione cōceſſio. vel alias aliena
tio īminet facienda. hmōi vēditio con/
ceſſio cōmiſſio datio vel locatio ſeu alie
natio quocūqꝫ noīe cenſeri poſſit vltra
formā iuris et alias de cōſuetudine ſer
uari debitā et cōſuetā fiat et peragatur ac
de conſenſu omnium capitulariuz totu/
ſqꝫ vel maioris ptis capituli eiuſdē ma
tura deliberatione et tractatib9 et ter/
mini certi prefixione ac debita licitatio
ne pmiſſis ac alias legitimis. Et detur
ſeu concedatur ipa res ſic alienāda vel
cōmittenda plus de penſione ſeu precio
cum ſufficienti cautione offerenti ſiue
hmōi offerens de gremio ipius capitu/
li ſit vel aliunde ſupueniens. Eo tamen
ſaluo ꝗ ceteris paribus videlz in obla
tione precij ſeu pēſionis capitularis nō
capitulari et ſenior capitularis in p̄ben
da iuniori preferat et alias vel alio mō
contractus hmōi quocūqꝫ nomine cenſ/
ſeantur factus ſeu celebrat9 ſit ipo iure
nullus et īualidus cōſuetudine vel ob
ſeruātia contraria quacunqꝫ nō obſtan
te et vltra hoc citra vel contra p̄fatos
modū et formā aliter ſeu alio modo alie
nationes concedentes ſeu cōmittentes
ac etiā recipientes ipo facto ſnīe excōi/
cationis ſubiaceāt quā in his ſcriptis in
eoſdē et quēlibz eoꝝ ferimus et ꝓmul/
gamus.

Item quia in dicta viſitatione
manifeſte comperim9 nōnullos
ex canonicis eccleſie noſtre an/
tedicte qui ratione bonorum poſſeſſio/
num curtium decimarum domorum et
obedientiarum quas ſub annuis penſio
nibus inde ſoluendis a dicto capitulo
ad firmam ſeu quouis titulo receperūt
et per retroacta tpa nō modica tenuerūt
et de pñti tenent in ſolutione pēſionuz
ſuarum hactenus nimiū fuerant ac de
preſenti exiſtunt remiſſi et negligentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penas nō leues ſed vtiqꝫ valde formi/
dabiles in quodā ſtatuto capitulari ſup
ſolutiōib⁹ hmōi penſionū dudum edito
comprehenſas puipendeñ ꝓpter que ſi/
ne dubio ꝑut quotidiana teſtat̃ experi/
entia eccleſia nr̃a Colon ſupdicta in di/
uino cultu quo ceteris ciuitatis et dio/
ceſ nr̃arum eccleſijs tanqꝫ caput preful
gere merito deberet et conſueuit dete/
ſtabiliter eſt diminuta ꝛ miſerabilit̃ de/
ſtituta, nec in bonis tpalib⁹ etiā ea pro/
pter intollerabilibus dānis et diſpen/
dijs afflicta. et vt veriſiliter timendū ē
in futurū niſi celerius ꝓuideat̃ paſſura
eſt grauiora. Quibus quidē ſalubrit̃ oc/
currere intēdentes p̄fatum ſtatutū ca/
pitulaꝛ̃ dudū videlꝫ ſub āno dn̄i. M.ccc
xxxiij. feria quarta poſt dn̄icā qua cātat̃
in eccleſia dei pro officio miſſe. Oculi
mei. ꝛc. p capitulū Colon auc̃te volunta
te et conſenſu bone me. dn̄i henrici ar/
chiepi Colon. p̄deceſſoris nr̄i ſup p̄fatī
ſolutionib⁹ penſionū redditū ꝛ afflictu
um. capitulo antedicto ratione poſſeſſi/
onū Curtiū decimarū iuriū et aliorum
bonorum tunc debitoꝝ et in futurū de/
bendorum. prouide et matura delibera/
tione preuia factū et ordinatū ac etiā p
ſingulares canonicos eiuſdē eccleſie ca/
pitularit̃ iuramentis p eos corpalit̃ pre
ſtitis firmatū in oībus ſuis punctis et
clauſulis et p omnia preſentibus inno/
uamus. mādantes et pcipientes eiſdem
canonicis et perſonis in et ſub dicto ſta
tuto comprehenſis. ꝙ ipi tam preſentes
qꝫ futuri. cuiuſcunqꝫ ſtatus gradus ſeu
conditionis exiſtant. penſiones ab eis
debitas in terminis in dicto ſtatuto ex/
preſſis ſine dilatione qualibꝫ ſoluant ca
pitulo antedicto et plenarie curent ſa/
tiſfacere de eiſdem iuxta modos et for/
mas in ſtatuto ipo plenius traditas et
expreſſas. Alioquin contrarium facien
tes vel in hoc negligentes vltra penas
in ſtatuto ipo poſitas ab officio et bene/
ficio et ab ingreſſu eccleſie ſint ſuſpenſi

quos et eorum quemlibꝫ preſentis con
ſtitutionis noſtre tenore ſuſpendimus
et ſic ſuſpenſi tam diu maneant quouſqꝫ
realiter ſoluendo de penſione hmōi de/
bite extiterit ſatiſfactū.

Preterea officiati quicunqꝫ di/
cte eccleſie nr̃e pro tempore qui/
bus iuxta tenorem dicti ſtatuti
incūbit nomina negligentiū in ſolutio/
nibus penſionum talium in capitulo. in
ſcriptis preſentare et preſentari facere
dolo. fraude. prece. amore. et dilatione
quibuſcunqꝫ ſecluſis ſtudeant et curent
cum effectu terminis et temporibus ſi/
bi in ipo ſtatuto prefixis et limitatis.
Alioquin officiati ipi videlicꝫ quilibꝫ
quātum ipm contingit in hoc negligen/
tes vel remiſſi videlꝫ qui nomina non
ſoluentium in ſcriptis vt dictum eſt nō
curauerint preſentare. ſint et quilibet
eorum ſit preſentis conſtitutionis no/
ſtre auctoritate conſimiliter ab officio
et beneficio et ab ingreſſu eccleſie ſuſpē
ſi quouſqꝫ preſentationem ſupdictam in
ſcriptis et in capitulo duxerint facien/
dam. Quam ſuſpenſionem ſupradicti ca
nonici eccleſie nr̃e in ſolutiōe penſionū
negligētes vt dictū eſt aut ipi officiati
aut aliqs eorūdē ſi ſuſtinuerint p quīde/
cim dies cōtinuos aīo indurato quos
quīdecim dies tā dictis canonicis qꝫ of
ficiatis qbuſlibꝫ ſupdictis et cuilibꝫ eo/
rundē pro canonica monitione premiſ/
ſa aſſignam⁹. ex tūc ſnīaꝫ excōicationis
quam ferimus etiam in his ſcriptis ipo
facto incurrant. quos ex tunc prout ex
nunc tanqꝫ publice excommunicatos
diſtricte precipimus euitari. Inhiben/
tes etiam ſub pena ſuſpenſionis conſi/
mili penitentiarijs in ipa eccleſia pro
tempore et alijs officiatis ſeu admini/
ſtratoribus prebendarum ſeu portionū
quarumcunqꝫ quatenus huiuſmodi ſuſ/
penſione ſeu excōicatione durante ſic
ſuſpenſo ſeu ſuſpēſis pro tpe ſuſpēſiōis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

huiuſmodi nihil penitus et oīno diſtribuant vel adminiſtrēt. Tenor vero ſtatuti capitularis de quo ſup̄ fit mētio ſequitur in hūc modum. Uniuerſis p̄ntia viſuris ad ꝑpetuā rei memoriam. Nos capitulum. ꝛc.

Preterea ſtatuimus et ordinamus ꝙ canonici hmōi ſeu alij q̄cunq̧ quibus ratione bonorum poſſeſſionū decimarū curtiuꝫ ſeu iuriuꝫ vel quacūq̧ de cauſa incūbit vel in futurum incumbet. Meringas in pane vel in vino ſeu pecunijs ſeu alijs rebus quibuſlibꝫ dare vel diſtribuere ſeu adminiſtrare ꝙ illas meringas ſine dilatione remiſſione negligentia quacūq̧ ſeu intermiſſione ſingulis tēpibus ſoluant diſtribuāt et adminiſtrent ꝓut conſuetuꝫ eſt ab antiquo et ordinatū excuſatione qualibꝫ ſup̱ diſtributione hmōi nō faciēda ſemota. Et ſi forte p̄tenderet vel diceret ꝙ redditus fructus ſeu ꝓuent⁹ iam tunc videlꝫ ſolutionis ſeu diſtributionis tp̄e ꝑcepti vel ꝑcipiēdi ad hmōi integralē diſtributionē nō ſufficerent q̄ caſu volum⁹ et ordinamus ꝙ hi q̄ his cui vel quibus diſtributio hmōi incumbit facienda in proximo die capitulari poſtq̧ propter hmōi defectum ipas meringas cuꝫ integritate ſup̄dicta adminiſtrare ceſſauerint. in capitulo ipo quoq̧ ad hoc ſpecialiē fieri procurabit plenā relationē inibi faciet de defectu ſup̄dicto et de diligentia ſua cōtra nō ſoluētes fructus ſeu redditus ad hmōi meringarū adminiſtrationē ſpectātes ꝑ ipſuꝫ ſufficienter facta doceat. alias de ſuo ꝓprio tātūdeꝫ in vſus ſup̄dictos a capitulo tp̄e rationis ſeu cōputationis ꝑ ipm faciēde vice verſa recepturus mutuet ſeu accommodet ꝙ diſtributio predicta integre et ſine diminutione vt ſup̄dictū eſt fiat. Alioq̄n in premiſſis aut aliquo premiſſorum negligens vel remiſſus vltra penas in ſtatuto capitulari ſupra proxime dicto expreſſas ab officio ⁊ beneficio et ab ingreſſu eccleſie ſit preſentis conſtitutionis vigore ſuſpenſus quouſq̧ defectus huiuſmodi integraliter et plenarie ſuppleat et reſtauret. qua ſuſpēſione durante nihil penitus de fructib⁹ prebende ſeu quotidianis diſtributionibus ſibi adminiſtretur ſub pena ſuſpenſionis conſimilis quā in adminiſtratorēs prebendarum et p̄ntiarios qui contra fecerint ferimus in his ſcriptis.

Preterea in ỽtute ſancte obedientie et ſub excōicationis pena diſtricte precipientes mādem⁹ omnibus et ſingulis canoicis ceteriſq̧ beneficiatis in nr̄a maiori et alijs collegiatis nr̄aruꝫ ciuitatis et dioceſis eccleſijs et eorum cuilibꝫ cuiuſcūq̧ ſtatus dignitatis ſeu cōditiōis exiſtāt. qui in ratione et cōputatione faciendis ratione officiorum ſibi hactenus a capitulo ſuo cōmiſſorum ac qui in penſionum aſſictuum ſeu redditūum ſeu pecuniarum ſummis dicto capitulo ſiue ratione poſſeſſionum. curtiū. decimarū. domorum obedientiarum. meringarum. bonorū redditūum. iurium. ſiue officioꝝ. aut alias q̄cunq̧ iuſta cauſa debitoꝝ ſeu debitaruꝫ ſolutione hacten⁹ fuerint et adhuc exiſtunt negligentes et remiſſi in toto vel in p̄te. q̄ten⁹ infra quīquaginta dies continuos a die publicatiōis p̄ntiuꝫ numerādos hmōi cōputū et rationē faciant et reliqua capitulo ipo reſtituant. ac de hmōi penſionibus aſſictibus redditib⁹ et pecuniarū ſummis dicto nr̄o capitulo plenarie ſatiſfaciat cū effectu. Alioq̄n dictis. l. dieb⁹ elapſis q̄s ꝓ monitiōe canonica et cōpetēti termino ipis et eorū cuilibꝫ aſſignam⁹ ipos et eoꝝ quēlibꝫ q̄s etiā in his ſcriptis excōicam⁹ tanq̧ excōicatos publice tenore p̄ntiū denūciam⁹ ab oībus artius euitandos.

Itē ſtatuimus et ordinam⁹ ꝙ canonici officiati quicunq̧ officia āńalia ſeu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝑpetua in eccleſia vel extra ad ipaꝫ eccleſiā tn̄ ſpectātia actu vel in futurum habētia. ratione quoꝝ ad cōputū et ad rōnez ſunt vel fuerunt aſtricti faciendū Caplo ſepedicto illū cōputū ſeu rōnez ipi facere teneant̄ et faciāt et qlibꝫ coꝝ in fine officij ſui vel infra quīdecī dies ꝓxime tūc ſequētes. Perpetua vero hn̄tes ſingulis ānis an̄ feſtū btī petri ad vincula in caplo memorato et ipo in h̄ ſpēalit̄ et legitīe indicto alioqn canonicus in hoc negligēs vel remiſſus ad officiū habēdū ꝓ ſequenti āno penit' ſit inabilis et oīno incapax et ad aliquod officiū infra dictū ānū aſſumi et ſibi cōmitti diſtricte ꝓhibemus. Et vltra hoc ipe idē inabilis et incapax remanet q̄uſqꝫ negligētiā ſuā purgauerit cū effectu cōputu debite faciendo. Et nihilominus ꝓ illo āno quo ſic negligēs fuerit ſallario ſibi rōne officij ſui hm̄ōi cōpetēti careat oīno et ſolui ſibi ꝓhibem' qd ſallariū ſi iā an̄ cōputū hm̄ōi faciēdū forte ꝑcepit. reſtituere teneat̄ et reſtituat infra menſez caplo an̄dicto. Alioqui nō cōputātes cōmitten̄ tenētes et recipientes ⁊ nō reſtituētes vt p̄miſſum eſt ꝯiūctim vel diuiſim ab officio et bn̄ficio et ingreſſu eccleſie p̄ntis conſtitutionis noſtre auctoritate ſint ſuſpenſi.

¶ Itē ſtatuim' et ordinam' ꝙ ea q̄ pro mēorijs defunctoꝝ int̄ p̄ntes canoīcos vicarios et chorſocios diſtribuēda certis dieb' et horis āni a viginti ānis citra ſunt ſpecialit̄ deputata. ſiue in pecunia numerata. ſiue in alijs ſpeciēb' quibuſcūqꝫ cōſiſtāt integralit̄ ſine qualibet diminutiōe eiſdem dieb' et horis dent̄ et diſtribuāt̄ tātū p̄ntib' ſup̄dictl.

¶ Itē ſtatuimus ꝙ de cetero in tractatibus capitularib' et negocijs ꝑ caplm expediendis negocio ꝓpoſito tractatu ſecuto oībus et ſingulis canonicis p̄ntibus et reſidentib' capitulū legitīe ad hoc indicat̄. oīa ſinguloꝝ canonicoꝝ capitulariū ꝑ decanū vel aliū ad quez de ꝯſuetudīe votoꝝ ſpectat ſcrutiniū vota diligēter ſcrutent̄. et qlibꝫ cū modeſtia audiat̄ et ſinguloꝝ votis auditis. ſuper negocio expediendo cōcludat̄ et p̄ualeat qd maiori et ſaniori parti capli viſuꝫ fuerit et placuerit cōſuetudinib' et obſeruātijs quibuſcūqꝫ ꝯ̄rijs q̄ dicēde ſūt corruptele nō obſtātibus. exceptis gratioſis videlꝫ vbi agit̄ de gr̄a alicui ſeu aliquib' faciēda in qbus ꝯ̄dictio rationabilis vni' canonici capitularis p̄ntis poſſit illud īpedire. Alioqn act' ipe capitularis ipo iure ſit inualidus nullius valoris vel momenti. ¶ Itē cū ſingula officia ſingulis ꝑſonis ſint cōmittenda ꝓut ſacrorum canonū tenet auctoritas ſtatuim' volum' et ordinamus ꝙ ſingula officia ānalia eccleſie nr̄e Colon̄ conſueta canonicis ipius eccleſie committi ſingulis ꝑſonis nō vni plura cōmittāt̄ Et ſi ſecus fiat ipo iure cōmiſſio nō valeat ⁊ tā cōmittentes q̄ꝫ recipientes officia talia plura ab īgreſſu eccleſie ⁊ ab officio et bn̄ficio ſint ſuſpenſi quouſqꝫ ipa officia dimittāt libere et reſignent. Et nihilominus ſic plura recipiens pro illo anno ad officia dicte eccleſie ſit inabilis et ſibi officium committi diſtricte prohibemus.

¶ Item circa officia huiuſmodi annalia a capitulo ſepedicto ſingulis annis committenda. volumus ſtatuimus ⁊ ordinamus modum et formam infraſcriptos obſeruari. ſic videlꝫ ꝙ ſingulis annis die ad huiuſmodi officia committēdum prefixa de et ex gremio totius capituli et omnium canonicorum capitulariuꝫ tunc in loco capitulari comparētium eligant̄ tres canonici capitulares ipius eccleſie qui tres ſic electi. ex tūc ad ſtatim in capitulo publicati infra menſem proxime tunc ſequentē. diſtribuere et committere habeant et poſſint

officia ãnalia ſupdicta ſingula ſingulis ex canonicis nõ vni plura vt ſup̃ ſcri/ ptũ eſt.ſm deũ et iuſtitiã ꝑut ipis pro vtilitate eccleſie et capituli viſum fue/ rit expedire.ſemotis et excluſis oĩ dolo et fraude.gratia.odio.inuidia.vel fauo re.Et hec pmiſſa dicti ſe electi.poſt pu/ blicationẽ eorũdez ad ſtatiz in pñtia ca pituli tactl. ſacroſanctis iurẽt ad ſancta dei euãgelia ſe iuxta poſſe et noſſe factu ros.Et ſi forte dicti tres oẽs in hmõi di ſtributionib⁹ ⁊ cõmiſſionib⁹ faciendis concordare nõ poſſent.extũc ꝑualeat ⁊ ſubſiſtat.ac ꝑualere et ſubſiſtere cenſem⁹ qd a duob⁹ eorũdẽ tantũ ordinatũ fue/ rit in et circa cõmiſſiões officioꝝ hmõi et firmatũ.tertij cõtradictione aut diſ/ ceſſu nõ obſtãte.alias vel alio modo et forma diſtributiones ⁊ cõmiſſiões offi/ cioꝝ hmõi fieri ſub pena excõicationis quã in his ſcriptis ferimus in cõtrariũ facientes tã cõmittẽtes ꝙ recipientes diſtrictiſſime ꝓhibemus. Et nihilomi/ nus cõmiſſiones et diſtributiones aliẽ facte ipo iure nõ valeãt ꝯtria cõſuetudi ne ⁊ obſeruãtia qb⁹ in hac pte tãꝗ irra tionabilib⁹ et corruptelis derogandũ duxim⁹ nõ obſtãtibus quibuſcunqꝫ.ꝛc.

Preterea ordinationẽ quãdã ca pituli eccleſie nr̃e de cellararijs ipius eccleſie ⁊ eoꝝ ſallarijs,du dũ factã tãꝗ iuſtã equã et rationabilem approbam⁹ cõfirmam⁹ et ratificam⁹.ipaz denuo auctẽte nr̃a pñtiũ tenore ſtatuim⁹ et inouam⁹.volẽtes mãdãtes et ꝑcipiẽ tes eã tã iuiolabilit̃ obſeruari ſub pena excõicationis quã in cõtrafaciẽtes ⁊ eã nõ ſeruãtes q̃uis mõ ferim⁹ in his ſcri ptis quouſqꝫ ad hmõi officiũ cõmitti ꝓ hibem⁹ ſꝫ ſili excõicatiõis pẽa quã etiã in cõmittẽtes ferim⁹ in his ſcriptis do/ nec hmõi recepta et detenta iniuſte ple narie reſtituant.

Statuim⁹ ꝓnunciam⁹ et ordina mus ꝙ quicũqꝫ cellararij eccle/ ſie Colon̄ deinceps per nos aut nr̃m caplm admiſſi vel admittendi cuz infraſcriptis punctis ⁊ cõditionib⁹ ſta/ bũt cõtenti ⁊ ꝯ ipa puncta nõ venient aliquo ingenio vel colore. Sicqꝫ capiz ipm deinceps in ꝑpetuo eliget et elige/ re debebit vnũ ſubcellarariũ idoneũ q ſubcellararius diſtribuet dñis canoĩcis corp⁹ p̃bende necnon cellararius ꝓ tpe ſallariu eoꝝ ꝓ rata.nec etiã dicti cellara rij ſic admiſſi vel admittẽdi ſe de fructi/ bus aut redditibus aliquib⁹ ipius cella rarie intromittẽt aut ipm nr̃m ſbcellara riuz ꝓ tpe ꝑ caplz ſic aſſumptũ in reci/ piendo aut exponendo dicte cellararie redditus aut in q̃buſcũqꝫ alijs ꝑtinẽti/ bus ĩpedient quouis mõ.data ⁊ acta et or dinata ſunt hec in loco capitulari nr̃e maioris die capitulari ad hoc vt moris eſt p̃fixa.Et ꝑ ſonũ cãpane nr̃e capitu/ laris capitulariẽ celebrata. Anno dñi. M.ccc.lxxvi.ipo die btĩ barnabe apli.

Illos vero q̃ poſt dictã ordina/ tionẽ capitularẽ pl⁹ de ſallario hmõi hacten⁹ receperint ad nos remitti et venire volumus et ꝑcipim⁹ infra.xv.dies poſt publicationẽ pñtiuz ĩmediate ſequeñ ſub pena ſuſpenſionis officij ſui nr̃az ſup hoc voluntatem au/ dituros.

## De domibus vendendis.

Preterea caplo nr̃o ſupdicto et ſingularibus ꝑſonis eiuſdẽ ſub ſuſpenſionis et interdicti penis diſtricte inhibemus ne vẽdãt cõmittãt vel locent vel alio quouis queſito colo re aſſignent vni canonico vel alteri cuiqꝫ in eccleſia Colon̄ beneficiato ; lui res domos canonicales ꝓ vſibus ſuis ⁊ ſuorũ et domuz pro tpe habens capitu/ larẽ ſiue hereditariã a dcã eccleſia tñ de pẽdeñ ſi aliã habere ꝓcurauerit vel aſſ ſecutus fuerit ex ſucceſſiõe hereditaria ex cõceſſiõe.venditiõe vel aſſignatiõe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

capitulari vel alias quolibꝫ ille domuꝫ ſuā ꝑuorē ſi hereditaria foret infra ānū cōtinuū a die acq̄ſitionis ſecūde cōputādū in capitulo canonico eccleſie eiuſdē vēdere vel alias ius factū ſuum qđ ipa hꝫ dimittere libere teneat̄ dūmodo emptorē pro cōpetēti precio habuerit. In quo precio ſi concordare nequiuerit illud capl'm vel maior ps eiꝰ ſup ſuis cōſciētijs taxabūt ad quā taxationē infra xv. dies tunc īmediate ſequeñ idē capl'ꝫ vel maior ps ſub pena ſuſpēſionis quaꝫ in his ſcriptis ferimꝰ teneātur. qđ ſi nō ipo facto poſt dictū ānū ⁊ xv. dies penā ſuſpenſionis ab officio et beneficio quā in his ſcriptis in ſic cōtra facientes promulgamus ineuitabiliter incurrāt.

Ne laici habitent in domibus capitularibus vel beneficiatorum.

Reterea ſub pena excōicatiōis quā etiā in his ſcriptis ferimus in quēlibꝫ ꝯtrā faciēñ diſtricte prohibemus, ne de cetero quiſq̄ʒ domos capitulares ſiue hereditarias ab aliqua eccleſiarū dependeñ q̄s canonici ſeu beneficiati ipius eccleſie inhabitare cōſueuerūt laicalibꝰ ſeu extraneis ꝑſonis quibuſlibꝫ cōcedere dare vel locare committere ſeu vendere ad inhabitādū aut in eis nuptias aut choreas publicas vel alia ſecularia negocia exercendū vel alios quoſlibꝫ vſus p̄ſumāt. Et ſi forte actu alique domorū hmōi locate cōmiſſe vel conceſſe ſint locationes cōmiſſiones et conceſſiones hmōi illi ad q̄s ptinent hmōi domus infra duos menſes poſt publicationeꝫ p̄ñtiuꝫ īmediate ſequentes quos ipis ⁊ eorū cuilibꝫ ꝓ monitione canonica aſſignamus ſtudeāt ſb pena excōicationis ān̄dicta cum effectu reuocare. Quas etiā et nos nr̄o ex officio p̄ñtiuꝫ auc̄te reuocamus. ¶ Item volumus et ordinamus et diſtricte p̄cipiendo in ꝟtute ſancte obediētie ⁊ ſub excōicationis pena quā in his ſcriptis in quēlibꝫ ꝯuenientē ferimus ꝙ ſtatutuꝫ et ordinatio olim ꝑ felicis recorda. Henricū archiepm̄ Coloñ p̄deceſſorem nr̄m ac decanū et capitulū eccleſie Coloñ ſub āno dñi. M.ccc.decimotertio in vigilia beati Laurentij de et ſuper cuſtodia et cōſeruatione clauiū maioris ſigilli capituli eccleſie nr̄e eiuſdē facta et edita que etiā tenore p̄ñtiū nos īnouamus in oībꝰ ſuis punctis ⁊ clauſulis ꝓut edita et facta exiſtūt ꝑ decanū et capl'm nr̄m ān̄dictuꝫ obſeruet̄. Cuius tenor ſequit̄ et eſt talis. In noīe dñi Amē. Henricus dei grā. ꝛc. Actū et ꝓnūciatuꝫ. Anno dñi. M. CCCC. die xvi. mēſis decembris q̄ fuit feria quīta.

De intereſſentia diuinoꝝ clericorum beneficiatoꝝ. horis canonicis et tractatibus capitularibus.

Redericꝰ dei grā ſancte Coloñ eccleſie archieps. ſacri imperij ꝑ Italiā archicācellarius. et apoſtolice ſedis legatus vniuerſis et ſingulis abbatibus. prioribus. p̄poſitis. archidiaconis. decanis. et capitulis ꝓchialiū eccleſiaꝝ. capellarū et altariū rectoribus ꝑ ciūtateꝫ et dioceſim Coloñ conſtitutis. ſalutē in dño. Crebra veridicorū relatione et occulta fide cognouimus. ꝙ quāq̄ʒ ſtatuta bone memorie dñorum Sifridi Henrici Walrami et Wilhelmi p̄deceſſoꝝ nr̄orū ſancte Coloñ eccleſie archiepōrū pro vita honeſtate ſtatu et honore clericoꝝ et eccleſiaſticaꝝ ꝑſonarū ꝓuide facta et ordinata. innouauerimus ac ſub certis et grauibꝰ penis et ſentētijs firmiter obſeruari mādauerimus. ꝓut in l'ris nr̄is deſup ꝯfectis plenius continet̄. Dolētes tñ et amaricati referimꝰ ꝙ nōnulli eccleſiaꝝ et mōſterioꝝ p̄lati dictarum ciuitatis et dioceſis ad quos clericoꝝ et bñficiatoꝝ ſibi ſubiectoꝝ correctio ſpectat et diſciplina in

reformatione ſtatus eccleſiaſtici canonī/
coꝝ et bn̄ficiatoꝝ correctionibus ⁊ diſ/
ciplinis ſunt ꝙ̄plurimū deſides et neg
ligentes. Ita ꝙ ꝑ eoꝝ deſidiā et negli/
gentiā cultus diuin⁹ depit et diminuit̄
bn̄ficiū qḋ dat̄ ꝓpter officiū ſeruitio de
bito defraudat̄. et vbi q̄dragīta vel cir/
citer bn̄ficiati ſunt reſidentes. vix qnq̄
aut ſex. ad matutinas et ad alias horas
veniūt decātandas. Ceteri ꝟo circa co/
meſſationes. ebrietates ſupfluas ⁊ no/
cturnas atq̄ illicitas vagationes. vt de
alijs taceam⁹ noctē vertētes in diem. fe
re totū noctis tempus expēdūt. reliquū
ſomno relinquētes. nō ad cōcentū auiū
ſed vix hora tertiarū excitant̄. Et cū cā
panas pn̄tiarū aut diſtributionū pulſari
audiūt. nō que dei ſunt. ſed ꝓpria ſua q̄/
rentes ad eccleſias tāq̄ acephali currē/
tes. et receptis licȝ oīno nō deſeruitis
preſentijs ſeu quotidianis diſtributio/
nibus. ſtatim abinde diſcurrūt. et diui/
nis intereſſe cōtemnūt et qḋ deterius ē
ſunt et nōnulli q̄ nec horas canonicas.
nec de dn̄a nr̄a legūt. In aliq̄b⁹ etiā ec/
cleſijs prochdolor hic modus inoleuit
vt decātatis tertijs reſpōſorio et verſu
in vigilijs. ſtatim decan⁹ et canonici de
choro recedentes ad domos capitulares
pro ſuis et eccleſiarū ſuaꝝ tractatibus
factis capitularibus collocutionib⁹ col
lationibus factis et negocijs expedien
dis. progredientes recedūt vix tribus
aut quattuor vicarijs in choro ꝓ vigi/
lijs cōplendis miſſa defunctoꝝ. ⁊ cōmē
datione pagendis relictis. Et in hm̄oī
tractatibus et factis capitularibus ec/
cleſiarū ſeu monaſteriorū ſuorū pagen/
dis. nedū publicis. verū etiā diſciplina
ribus et occultis adeo ſunt incōpoſiti.
tumultuoſi et violenti ꝙ volūtatē ſuā
et libitū rōni alioꝝ p̄ferre conātes. com
modū ſuū ꝓpriū et ſuorū extorquere ni/
tunt̄. ꝑ importunos clamores et diſtur/
bia ac interruptiones vocum aſſidētiū
alioꝝ. Et qḋ deterius eſt ꝑ opprobria in
ſultationes et cōtumelias. minas. inſi/
dias. ꝑſecutiones. et inuaſiones ac alias
iniurias et violētias. enormes. tā in lo/
cis capitularib⁹ eccleſijs et emunitatib⁹
ꝙ̄ extra ꝑpetrant et ꝑperā cōmittunt.
ꝙ ex his eccleſie ipe et monaſteria diſci
plina eccleſiaſtica. ſtatus. honor. et bona
ſeu predia eccleſiarum et monaſterioruȝ
miſere et dānabiliter pereūt et negligū
tur. Canonici et ꝑſone capitulares ra/
tionabilia et iuſta ꝓponentes opprimun
tur. vocibuſq̄ ſuis capitularibus et li/
bertate loquendi ſibi debita ſpoliantur
in omnipotētis dei offenſam diuini cul/
tus diminutionem eccleſiaꝝ et monaſte
rioꝝ deſolationē et exinanitionē frater
ne pacis et concordie diſpendiū laicoꝝ
ridiculū. ſcādalū ꝓplorū. ꝑſonaꝝ eccleſi
aſticarū cōfuſionē. detrimentūq̄ nō mo
dicū et grauamē. In quibuſdā etiā ec/
cleſijs vbi. xij. aut. xvi. miſſe aut plures
ſeu paucioēs celebrari deberēt. heu vix
due aut vna celebrant̄. Laici quoq̄ be/
neficia ſeu p̄bendas laicales in ipis ec/
cleſijs et monaſterijs hn̄tes bn̄ficia ſeu
p̄bendas nō eo mō quo inſtituta aut in
ſtitute exiſtūt deſeruiūt. ſunt deniq̄ et
nōnulli clerici ſeculares et religioſi ac
in ſacris ordinibus conſtituti in ciuita/
te et dioceſi Coloñ bn̄ficiati ſtatuta ſup
dicta minime curātes imo poti⁹ cōtem/
nendo vilipēdentes q̄ veſtes virides ⁊
rubeas. calceos roſtratos. cinoturas de
ſup tabbardos cū cultellis triſorijs in
publico et infra ſepta eccleſiarū et mo/
naſterioꝝ. ac ī ipis eccleſijs mōſterijs. et
choris dū diuina celebrant̄ deferūt et ſi
ne tonſura cū capillis decurtatis vel ſal
tem abſq̄ debita tonſura incedūt et cū
tali viatico habitu choreas et publica
ſpectacula viſitant ac viſitare et frequē
tare nō formidāt. oēm ꝑ hoc ordinē ſta/
tum et honeſtatē clericales denigrando
cōfundentes. ꝓpter q̄ diuin⁹ cult⁹ dimi/
nuit̄. odia ꝓuocāt̄. diſſenſiōes pullulāt.
chr̄ifideliū deuotio degit. et ꝙ̄plurima

ciaruꝫ pericula generāt. et prochdoloꝛ
delinquentiū hmōi tm̄ inualuit temeri/
tas et audacia ꝙ iā inter clericuꝫ talit̄
incedentē et laicū differētia haberi vix
poterit ſeu diſcerni. Vn̄ nos talia dete/
ſtabilia atq̄ nefaria deinceps ſuſtinere
ſeu diutius diſſimlare non valētes. Vos
oēs et ſingulos ſupdictos et vīm quē/
libꝫ pn̄tibꝰ q̄ fueritl. requiſiti ſeu fuerit
requiſitus. Ita tn̄ ꝙ vnꝰ vīm aliū non
expectet nec alter vīm ꝓ altero ſe excu
ſet requirimus et monemus vobiſq̄ in
ꝟtute ſancte obedientie et ſub pena ex/
cōicationis quā ferimꝰ in his ſcriptis
triū tn̄ dierū monitione canonica pmiſ/
ſa diſtricte p̄cipiendo mādamꝰ. q̄tenus
accedeñ quo ꝓpter hoc fuerit accedēdū
et accedere fueritis requiſiti. Moneatl.
omnes et ſingulos eccleſiarū quarūcūq̄
et mōſteriorū ciuitatis et dioceſ. p̄dicta
ruꝫ Prelatos ad quos correctio ⁊ ec/
cleſiaꝝ et eccleſiaſticaꝝ pſonaꝝ ſtatus ⁊
reformatio dinoſcunt̄ ptinere quos et
nos tenore pn̄tiuꝫ reqrimus et monemꝰ
eiſq̄ et eoꝝ cuilibꝫ in ꝟtute ſcē obediē/
tie diſtricte p̄cipiendo mandamus. q̄te/
nus ipi ſolū deū pre oculis hn̄tes ſubdi
tos ſuos in his q̄ ad diſciplinā. diuinuꝫ
cultū. vitā canonicā ⁊ honeſtā ſpectant
taliter corrigāt reforment et emendent
vt diuinꝰ cultus augeat̄. fructꝰ bn̄ficio/
rum debite deſeruiant̄ horeq̄ canonice
tā nocturne q̄ꝫ diurne tractim diſtincte
et deuote decātent̄. miſſe iux̄ exigentiaꝫ
bn̄ficioꝝ celebrētur ac alia debita et o/
nera p laicos etiā adimplēda rite pagā
tur. Alioqn ꝯ ipos et ipoꝝ quēlibꝫ ꝓ/
cedemus et negligentes in pmiſſis iux̄
modū exceſſuū canonice puniemus ꝑut
nobis videbitur iuſticia mediāte. Inſu
per ſub pena excōicatiōis quā ferimus
in his ſcriptis. ſex tn̄ dierū canoīca mo/
nitione pmiſſa diſtricte p̄cipimꝰ et man
damꝰ oībus et ſingulis ꝓpoſitis decanis
canonicis et capitulis ciuitatis et dioce
ſis Coloñ ꝙ de cetero in antea nullatenꝰ
accedāt aut vadāt ad quoſcūq̄ tractatꝰ
collationes aut collocutiones ꝓ q̄buſ/
cunq̄ etiā factis et negocijs niſi vigilijs
miſſa defunctoꝝ ⁊ cōmēdatione penitꝰ
pactis ⁊ cōpletis ⁊ ꝙ nemini quotidia/
nas diſtributiones ſiue pn̄tias faciāt da
ri aut diſtribui. neq̄ dent vel diſtribuāt
niſi illi vel illis qui in choro fuerint qn̄
tertiū reſpōſoriū et tertius verſus in vi
gilijs. euāgeliū in miſſa defunctorum et
pſalmus. Memēto dn̄e dauid. in cōmen
datione decātant̄ et legunt̄. et q̄ in alte/
ro iſtoꝝ triū non fuerit careat portione
et pte diſtributionū aut pn̄tiaꝝ ipm illa
vice contingente. Et ꝙ hoc iurare faci
ant camerarios aut pn̄tiarū diſtributo/
res durātibꝰ ſuis officijs inuiolabiliter
obſeruaturos. Inhibemꝰ etiā diſtrictiꝰ
p̄cipiendo oībus ⁊ ſingulis canonicis ⁊
cuilibꝫ eoꝝ ſub pena excōicationis ſup̄
dicta. vt in tractatibus et factis capitu/
laribus. ac alijs collocutionibus et col/
lationibus quibuſcunq̄ inter ſe cōiter
vel diuiſim habendis. taliter ſint compo
ſiti et moroſi. ꝙ ex hoc eccleſiarū et eccle
ſiaſticarū pſonaꝝ ſcandala et vituperia
dāna diſpendia. et grauamina nō exur/
gāt. et ne p clamores importunos et di/
ſturbia. aut interruptiones vocū aliorū
et pſertim p obprobria. inſultationes et
contumelias. ipi vel aliquis eoꝝ ꝯ aliuꝫ
vel alios quōlibꝫ inſurgat vel inſurgāt
⁊ ꝙ nec ipi vel aliquis eoꝝ p ſe vel ali/
um ſeu alios vllo vnq̄ loco vel tpe per
minas quaſcūq̄ verbo vel facto quōli/
bet illatas vel inferendas aut p inſidi/
as. pſecutiones vel inuaſiones violen/
tas. aut alias iniurias enormes quaſcū/
q̄ contra alias pſonas eccleſiaſticas aut
aliquā eaꝝ quōlibꝫ ſeuiant vel inſurgāt
ſeuiat vel inſurgat publice vel occulte
Sed iuſticia et iuris executione cōtēti
cauſas et queſtiones inter ſe motas vel
mouendas via iuſtitie proſequātur.
Alioquin omnes ⁊ ſingulos in pmiſſis
culpabiles et rebelles p̄dicta canonica



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monitione premiſſa ſententia excõmu/
nicationis quã ferimus in his ſcriptis
innodamus. grauius nihilominus pro/
ceſſuri ꝓut nobis videbitur iuſticia me
diante. Damus inſuper dilecto nobis
officiali curie noſtre ꝑmiſſa declarandi
ꝓceſſus aggrauandi et ſuſpendendi a
ſententijs abſoluendi ⁊ cetera in ꝑmiſ/
ſis faciendi ꝓut ſibi videbitur expedire
tenore preſentiuz plenã et liberã pote/
ſtatez. Datuz Gudeſberch noſtro ſub ſi
gillo preſentibus impenſo. Anno domi
ni Milleſimo trecenteſimo nonageſimo
die. xvi. menſis Septembus.

Vult epũs exequi lr̃as apoſtolicas in
forma pauperũ ad ipm directas.

Redericus dei et ſedis apoſto/
lice gratia archiepũs Colonienſis
ſacri imperij ꝑ Italiaz archicancellari⁹
vniuerſis et ſingulis quoꝝ intereſt aut
quos preſens negociuz tãgit ſeu tãge/
re poterit quõlibz in futuruz volumus
eſſe notuz. ꝙ cũ dudum ſanctiſſimus in
chriſto pater et dñs noſter dñs Grego/
rius. xi. per ſuas certi tenoris lr̃as ſub
ea forma ſz quã ſedes apoſtolica ꝓ pau
peribus clericis ſcribere ꝯſueuit nobis
directas cuz clauſula. ꝙ ſi hmõi lr̃as ex/
equi nõ poſſemus nec vellemus alie ꝑ/
ſone in eiſdem lr̃is expreſſe eas executi
oni demãdarẽt. mãdauẽit q̃ten⁹ de debi
ta cõuerſatione clericoꝝ nõnullorum
noſtraruz ciuitatis et dioceſis iuxta for
mã lr̃aruz ꝑdictaruz inquiſito et repro.
ac ꝓnũciato ipos abiles exiſtere et ido/
neos ad hmõi bñficia iux̃ earũdez lr̃aꝝ
tenorẽ obtinẽda. eiſdez de ipis bñficijs
ſpectãtibus ad collationẽ ꝑlatoꝝ ſeu ca
pitulorũ. monachorũ. cõuentuũ vel ꝑſo
narũ ciuitatũ nr̃aruz predictarũ qui et
que in eiſdem exprimuntur. ꝓuidere cu
raremus. Uerum cuz nonnulli ꝓut ad

nos fida perduxit. Relatio pretendeñ.
nos lr̃as hmõi exequi tunc nõ potuiſſe
nec voluiſſe ad inquiſitionẽ et pronun/
ciationẽ ꝑdictas alij vero ad vlteriorez
earũdẽ executionez proceſſerunt lr̃arũ
Igitur ne circa premiſſa contra formaz
dictaꝝ lr̃aruz ꝑ quẽcunq̧ vigore clau/
ſule ſupdicte quicq̃d quod viribus non
ſubſiſtat ad ꝑniciez etiã et iacturã hmõi
pauperũ clericoꝝ cõtingat deinceps at
tentari. Et ſi quid forſan indebite pre/
ſumptuz fuerit ꝑ appoſitionẽ debiti re/
medij ipis clericis ſi petant in hoc caſu
oportune valeat ſubueniri. vniuerſitati
vr̃e ac oĩbus et ſingulis quorũ intereſt
inſinuamus ꝙ in p̃nti ſynodo ne quiſq̧
lateãt premiſſa mandamus publicari ꝙ
nr̃e intentionis eſt ꝓut etiã prius quo/
tidie extitit dictas litteras exequi vo/
luiſſe et velle reuerẽter vt tenemur iux̃
earũdez cõtinentiã et tenorez. ſup quoꝝ
etiam executione et ꝑ alias nr̃as certi
tenoris lr̃as officiali nr̃o Coloñ ſub cer
ta forma cõmiſimus vices nr̃as In quo
ruz teſtimoniuz ſigillũ nr̃m p̃ntib⁹ duxi
mus apponendũ. Datũ anno dñi. M. ccc
lxxi. penultima die Menſis Septẽbris.

# Incipiũt capitula

ſtatutoꝝ prouincialiũ editoꝝ in ſynodo
ſub Anno dñi. M. cccc. xxiij. a bone me/
morie Theoderico archiepo Coloñ.

Theoderic⁹ dei gratia ſancte Co
loñ eccleſie archiepũs. ſacri impe
rij ꝑ Italiam archicancellarius.
weſtphalie et angarie dux. ⁊c. Licet
ꝑ ſacros canones ſanctoꝝ patrum. ſatis
abunde cõtra notorios focarios preſby
teros ſiliter et clericos in ſacris ordini/
bus cõſtitutos ⁊ beneficiatos focarias
et concubinas et mulieres ſuſpectas in
domibus ſuis et extra domũ in ꝑrochia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

publice habentes. ꝑuiſuʒ exiſtat. Quia
tñ ſuccreſcente malicia tp̄is moderni la
bes hm̄oi criminis in eccleſia dei in tan
tū inoleuit ꝙ ſcādala plurima in popu/
lo ſunt exorta. et veriſiliter exoriri pote
runt in futurū. et ex fide dignoꝝ relatio
ne ꝑcepimus ꝙ quidā eccleſiarū p̄lati ⁊
alij etiā capitula ad quos vel ad quē im
mediate correctio coniunctim vel diui/
ſim ex ſtatuto ſeu cōſuetudine dinoſcit̄
ꝑtinere obtentu cōmodi tp̄alis vel ex
negligentia tales in ſuis iniquitatibus
ſuſtinuerūt et ſuſtinent. Jdeo hoc ſacro
ꝑuinciali cōcilio approbāte monemus
oēs et ſingulos. eccleſiaruʒ prelatos et
alios quoſcūqꝫ noſtre prouincie. etiā ca
pitula et collegia ad quos vl̄ quē hm̄oi
preſbyteroꝝ clericoꝝ in ſacris ordinib⁹
conſtitutoꝝ ac beneficiatoꝝ et aliorum
correctio coniunctim vel diuiſim imme
diate ſpectare dinoſcitur. Quatenus in
fra ſex ſeptimanaruʒ ſpatiuʒ poſt p̄ntiū
ſtatutoꝝ prouincialiū publicationē mo
neatis in ſpecie et noīatiʒ ſub pena iuris
et alijs formidalibus maximis omnes ⁊
ſingulos preſbyteros et clericos in ſa/
cris ordinibus conſtitutos vt infra no/
ueʒ dieruʒ ſpatiuʒ poſt hm̄oi monitio/
neʒ eis factā quoruʒ dierū tres ꝓ p̄mo.
ſc. ſuas focarias ſeu concubinas a ſe re/
moueāt. et ipas ab eoruʒ cohabitatiōe
et a ꝑochia penitus expellāt. Jpas vl̄
alias minime in eorum habitationibus
et ꝑochia admiſſuri. Alioquin inobe/
dientes ab officijs diuinoruʒ ſuſpendāt
⁊ ſi proteruitas eoꝝ hoc exegerit bene/
ficijs ſuis priuentur. Et ſi prelati et alij
etiā capitula ad quos correctio preſcri/
ptoruʒ imediate coniunctim vel diuiſiʒ
ꝑtinere dinoſcitur preſcriptos concubi
narios effectualiter nō correxerint Jta
ꝙ ipi preſcriptas mulieres a ſe et parro
chia nō remoueāt cū effectu vel animo
aut alias in eorum habitationes vel ꝑ/
rochia reſumpſerint. Et preſcripti pre/
lati et capitula tales preſbyteros vel
clericos beneficiatos vel nō beneficia/
tos in ſuis iniquitatibus per ſpatiū ſex
ſeptimanaruʒ ſuſtinuerint. Ex tunc vo
lumus ꝙ correctio taliuʒ preſbyterorū
et clericorum beneficiatoruʒ ⁊ nō bene
ficiatorum ad dioceſanos locorum ple/
narie deuoluatur. Et ſi dioceſani loco/
rum per ſex ſpatiuʒ menſium huiuſmo/
di delicta reliquerint incorrecta. Cum
ex tunc poſſint notari de negligentia.
volumus et ſtatuimus. ꝙ ex tunc illorū
delictorum et delinquentium correctio
ad nos libere deuoluatur. nō obſtanti/
bus quibuſcunqꝫ pactis conſuetudini/
bus ſeu ſtatutis. Jnhibemus etiam ne
beneficiati predicti filios aut filias vel
concubinas dotent. aut ditent de patri
monio crucifixi. aut talium nuptijs vel
etiam exequijs audeant intereſſe. et qui
contrafecerint pena canonica ꝑcellātur

☞ Jtem licʒ per ſacros canones ſit
prouiſum Contra obtinentes tempora
le dominiuʒ interdicētes ſuis ſubditis
ne prelatis aut clericis ſeu ꝑſonis eccle
ſiaſticis quicqꝫ vendant vel emant ali/
quid ab eiſdem neqꝫ ipis blada molant.
coquant panem Aut alia obſequia exhi/
bere preſumant aliquando interdicunt
Cū talia in derogationeʒ eccleſiaſtice li
bertatis preſumantur quia tamen per
ſepe vniuerſitates ciuitatum. opidorū.
villaruʒ. et aliorum locorum. Necnon
collegia. ſocietates. ſeu corpora miniſte/
riorum. ſeu officiorum mechanicorum.
preſcriptis ſimilia et interdumn maiora
cōmittunt. et contra tales prouiſum eſt
Jdeo ſtatuimus et ordinamus omnes
et ſingulos ad hoc opem conſiliū auxi/
lium vel fauorem prebentes excommu/
nicationis ſententiam incurrere ipo fa/
cto. Et quia per premiſſa prouidimus
clericis contra laicos. volentes etiam
prouidere laicis contra clericos. Sta/
tuimus ꝙ ipis laicis de clericis cō que/

rentes ab ipoꝝ clericoꝝ iudicibus fiat iuſticia expedita.

☞ Itez ſtatuimus ꝙ officialis noſter Colonienſis qui fuerit pro tempore in cauſis appellationū que ad curiā nr̄az ab audientia ſuffraganeoꝝ nr̄oꝝ ſeu eorum officialiuz deuoluentur. ſeu hactenus ſunt deuolute. ſeruet iura cōmunia ⁊ maxime illa que introducta ſunt per fe. recorda. Innocentiuz papā quartuz que hodie ſunt inſerta libro ſexto decretaliuz. alioquin ipm officialez noſtrum ab officio ſuſpendimus.

¶ Item cū preſumptuoſa quorundam dominoꝝ temporalium Iudicuz. ſcabinorum. conſuluz. vniuerſitatuz. ciuitatuz opidoꝝ. villaruz. et aliorum locorum. necnon collegioꝝ ſocietatuz. ſeu corporum miniſterioꝝ et officiatorum mechanicoꝝ. Rectoꝝq́ꝫ alioꝝ locoꝝ vel cōmunitatuz aut quocunqꝫ nomine vel titulo nominare ſe preſumunt ſeu preſumant in futurum. In nonnullis noſtraruz ciuitatis diocelis necnō prouincie terminis. contra dei eccleſiā ſuā extendentes poteſtatez temeritas ſic excreuit. ꝙ conſuetudines et obſeruātias vetuſtas et laudabiles pia fideliuz deuotione introductas nō abſqꝫ ſcrupulo heretice prauitatis infringere moliunt̄ Inhibendo ſeu opem operā conſilium auxiliuz et fauorez ad hec preſtādo. aut alijs callidis ⁊ occultis machinationibꝫ ſeu cōdictis verbis aut factis ꝑficiēdo ne tempore exequiaruz ac in ſeptimis. tricelimis. et anniuerſarijs ꝓchianoꝝ defunctoꝝ aut alias quocunqꝫ tempore. panes carnes vel caſei. ſeu piſces vinū vel ceruiſia ſeu candele vel denarij aut alie res quelibꝫ ꝓut iuxta morez et conſuetudinē ꝑdictā earundē eccleſiarum capellarum vel altarium ſub antiquis temporibus obtentū fuit a chriſtifidelibus vtriuſqꝫ ſexus hominibus offerantur. Ne etiaz quis minus aut aliud ꝙ certā monetā aut eiꝰ valorez aut petias extracte monete. aut cōſilē in preiudiciuz eccleſiaſtice libertatis. ac cōtra conſtitutiones et obſeruātias memoratas offerat temporibus antedictis Cuz premiſſa in diuine maieſtatis offenſam a qua maieſtate laici preſcripti ſuas merito ſibi datas recognoſcere deberēt poteſtates ac eccleſiarū earundem ac conſuetudinuz et obſeruantiarum predictarum grandez perniciē tēdere dinoſcuntur. Nos igitur huiuſmodi auſibus nefarijs occurrere cupientes diſtrictius inhibemus ne quis in modis preſcriptis vel alijs quibuſcūqꝫ dictas conſuetudines infringat aut valeat infringere ſiue violare procuret. aut talia mandata vel ſtatuta et nouas conſuetudines. immo verius corruptelas de nouo introducant. nec per ſe alios vc. quibuſcunqꝫ machinationibus condictis verbis vel factis qualitercunqꝫ efficiendo impediant. quo minus dicte aut quecuis alie oblationes eccleſijs aut eccleſiaſticis perſonis quibuſcunqꝫ iuxta vota fidelium libere offerantur. Nec ad predicta faciendu vel nō faciēda. dent conſiliū auxilium opem operā vel fauorez publice vel occulte.

¶ Inſuꝑ diſtricte precipiendo mandamus vt in cōtrariū attētata ſi que ſint reuocent et reuocari procurent cuz effectu infra menſez poſt publicationem huiuſmodi nr̄i ſtatuti. Alioquin in omnes et ſingulos in premiſſis contrariuz faciētes ⁊ in his noſtris. aut aliquo ipſoꝝ inobedientes et rebelles excōmunicationis ſententiaz quā etiaz ipſo iure cōmune incidiſſe reputamus. ferimus in his ſcriptis. A qua niſi rectori eccleſie capelle vel altaris cuius oblatio vt premittitur īpedita fuerit vel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diminuta. de iniurijs. dapnis. expenſis.
et intereſſe prius integre ſatiſſactuz fu/
erit. nullatenus abſoluātur. Volentes
q̄ vniuerſi et ſinguli eccleſiaruz recto/
res et eorum vices gerentes predicti
quorū intereſt premiſſa ſuis pꝛochianis
ſingulis menſibus ſemel publicare non
omittant. Et ſi vniuerſitas in premiſ/
ſis vel aliquo premiſſorum deliquerit
vel contrafecerit eccleſiaſtico ſupponi/
mus interdicto.

☞ Item ſtatuimus ꝛ inhibemus ſub
pena excommunicationis late ſententie
ne quis de officio queſtionatus elemoſy
naruz ſe intromittat niſi in ſacris ordi/
nibus fuerit conſtitutus. Nec ambonē
ad predicandū populo. aut charitatiua
poſtulanduz ſubſidia. aut indulgentias
ſibi cōmiſſas inſinuandum. vel aliud q̄
in eorum litteris apoſtolicis vel dioce/
ſani epiſcopi continetur exponendum.
niſi in ſacerdotio conſtitutus aſcendere
preſumat. Mādantes vniuerſis et ſin/
gulis dioceſanis noſtris capitulis et a/
lijs ad quos talium conſtitutio dinoſci/
tur pertinere. ne alicui niſi ſm formam
ſtatuti litteras concedant et extra iſtam
formam conceſſas quātotius reuocare
procurent.

¶ Itez ſtatuimus ne canonici ac be/
neficiati in eccleſia vagentur. in choro
vel in eccleſia aut etiaz infra eccleſiam
vel cemiteriuz de loco ad locum nec ſtā
do vel ſedendo inutiliter fabulētur q̄/
diu inibi diuina paguntur. Sed moroſe
et diſtincte in choro intendant diuinis
ſub penis priuationū fructuum ad octo
dies.

☞ Itez ſtatuimus et ordinamus ſub
pena excōmunicationis quam ferimus
in his ſcriptis. ne aliquis rector aut per
petuus vicarius pꝛochialis eccleſie ſeu
etiam capelle ordinet. conſtituat vel de
putet aliquem religioſuz mendicantem
vel nō mendicantem ad regenduz ꝛ gu
bernanduz ſeu officiaū eccleſiam ſuam
vel eius vicariaz ſeu capellaz. aut alias
vices ſuas cōmittere talibus preſumat
dūmodo alter idoneus cōmode haberi
poterit. dolo et fraude ſecluſis.

¶ Datum ſtatutum et ordinatum Colo
nie de conſilio et in preſentia venera/
biliū virorum ambaſiatorum et nunci/
orum Reuerendorum patrum et domi/
norum ſuffraganeorum noſtrorum Leo
dieū. Traiecteū. Monaſterieū. Myndē
ſis. et Oſnaburgeū. epiſcoporum. Ac ca
pituloruz eccleſiarū earūdez qui ad hoc
miſſi fuerūt in multitudine copioſa. An
no domini Milleſimo Quadringēteſimo
viceſimotertio die Sabbati viceſima.
Menſis martij. Sub ſigillo nr̄o p̄ntib⁹
impreſſo in teſtimoniū premiſſoꝝ.

Theodericꝰ dei gratia ſancte Co
loū eccleſie archieps. ſacri impe/
rij per Italiā archicācellarius
weſtphalie et angarie dux. ꝛc. Cum nos
nup editioni nr̄oꝝ ſtatutoꝝ ꝓuincialiū
et in ſeſſionib⁹ nr̄i concilij prouincialis
ſolenniter publicatoꝝ auctoritatē con/
ſenſum et operā dederimus. Iura tn̄ et
iuriſdictiones aut libertates ſuffragane
orum nr̄orū et eccleſiarū aut alioꝝ quo
rūcūqz iudicū ꝓuīcie nr̄e tollere aut le/
dere vel eos ad aliqd̄ veriſimiliter im/
poſſibile obligare nō intēdebamus nec
intendimus. Idcirco ad oēz ambiguita
tez tollendā que circa ſtatutū pridez in
hoc ſacro cōcilio cōtra cōcubinarios e/
ditum poſſit ſuboriri. Declaramus hoc
ſtatutum ad notorios cōcubinarios cō
cubinas in eorum habitationibus vel
alibi publice detineū duntaxat exten/
di debere. Volumus etiaz vigore dicti
ſtatuti nobis aliquam iuriſdictionez ac/
quiri vel ad nos deuolui. karolinam in
generali concilio cōſtantieū. approbatā
M iiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mandamus ab oībus obſeruari. Ipaſq̀
in alijs conſtitutionibus ſtatutorū pro/
uincialiū volumus inſertā haberi.

¶ Hereſes hereticarū q̀ doctrinas er/
roneas anathematizam᷒. reprobamus ⁊
totaliter cōdemnamus. aſſerentes cum
concilio generali cōſtātieñ. q̄ oēs hm̄oi
articuli. aut ſunt piarū aurium offenſiui.
aut ſedicioſi. aut ſcādaloſi vel manifeſte
a fide deuij ſeu expreſſam hereſim conti/
neñ ꝑut in ſententia lata contra dictos
hereticos et ſua ꝑuerſa dogmata pleni᷒
continetur. Quapter vniuerſos ⁊ ſin/
gulos ſubiectos nobis in v̄tute ſancte
obedientie requirimus et in eis p̄cipiē/
do mādam᷒. q̄tenus in ſpiritu virtutis
dei exurgentis p̄dictoꝝ hereticorū ſeq̄/
ces aut fautores vel receptatores ⁊ eo
rum doctrinā reprobā cum opuſculis me
moratis. vbicunq̀ illos ſeu illas conti/
gerit reperiri diligēter inquiratis. No
biſq̀ ordinario loci aut alicui et inq̄ſito
ribus heretice prauitatis ad hoc a ſede
apoſtolica deputatis vel deputādis. p/
datis vel reueletis. atq̀ mediāte iuſticia
ſi nō reſipuerint exterminari fidelit̄ p/
curetis. Nos enī oībus p nr̄am prouin/
ciam conſtitutis. confeſſis et contritis
qui ad hoc operā vel efficaciā dederint
aut qui in expeditione exercituū cōtra
dictos hereticos profecti fuerint de om
nipotentis dei miſericordia et ſanctorū
ac ſanctarū nr̄oꝝ patronorum et patro/
narum meritis aut precibus cōfiſi. Qua
draginta dies indulgentiarū de iniūctl.
eis penitētijs miſericorditer in dn̄o re/
laxamus. Suffraganeos ꝓuincie nr̄e in
dn̄o hortātes. vt his nr̄is indulgentijs
ſiles in ſuis ciuitatibus et dioceſib᷒ ſupad
dāt. Mādantes inſup oībus et ſingulis
eccleſiarū rectoribus ⁊ coꝝ vicarijs ſeu
preſbyteris aliiſq̀ p̄dicatorib᷒ p ꝓuin/
ciā Coloñ q̄ in ſingulis ſermonib᷒ ſuis
ad populū faciendis exhortationes fa/
ciāt ſpeciales ad inducendum populum
cōgruis modis vt orationes. ieiunia et
alia pia opa omneſq̀ preſbyteri dicte ꝓ
uincie noſtre miſſarum in ſolennijs cele
brādis. et alias ſpeciales collectas ⁊ ſuf
fragia noſtro offerāt ſaluatori. Quate/
nus eccleſie ſancte et veris chriſticolis
contra quoſcūq̀ ꝑſecutores aut rebel/
les eiuſdem preſertim dictam fidem im/
pugnantes largiri dignetur victoriam
et triumphum.

☞ Item deinceps in ſingulis ciuita/
tum et locorum prouincie noſtre princi/
palibus eccleſijs collegiatis et ꝑochia/
libus. omnibus ferijs ſextis hora meri/
diei. vel circa in memoriam paſſionis et
mortis domini noſtri ieſu chriſti nr̄iq̀
redemptoris ſolenniter cāpana cuiuſli
bet eccleſiarum magna pulſetur ad exci
tandū chriſtifideles vt eadem hora me/
moriam paſſionis chriſti et ſue redēptı/
onis deuotius recolant et p eius meri/
ta miſericordiā dei ꝓ p̄miſſis ⁊ omni ne
ceſſitate eccleſie implorent. Similiter
quoq̀ approbañ hoc ſacro prouīciali cō
cilio. Statuimus vt deinceps in ſingu
lis eccleſijs p̄dictis omni die circa ſolis
ortum in memoriā compaſſionis glorio
ſe virginis marie pulſetur tribus vici/
bus campana ipius eccleſie. Et ꝑut ha/
ctenus circa occaſum ſolis pro ſalutatio
ne eiuſdem virginis glorioſiſſime pulſa
ri cōſueuit. ad hortandum chriſtifideles
vt in laude ipius virginis incipieñ cam
cum ſalutatione angelica venerentur:
vt ipa quam filius eius nihil negans
ſemper honorat pro nobis et omni ne/
ceſſitate noſtra apud dominum interce/
dat. Nos enim omnibus contritis et
confeſſis in prouincia noſtra conſtitu/
tis. qui feria ſexta tempore pulſus in
memoriam paſſionis et mortis domini
noſtri iheſu chriſti tria Pater noſter.
et tria Aue maria. ꝛc. Necnon qui tem/
pore pulſus. qui ſingulis diebus fieri

debz circa ortum ſolis ter ſalutationem
virginis angelicā Aue maria flexis geni
bus orauerit de omnipotentis dei miſe
ricordia et auctoritate nr̄a metropolita
na.et ordinaria quadraginta dies indul
gentiaruz de iniūctis eis penitētijs.to/
tiens quotiens hoc feceri miſericor/
diter in dn̄o relaxamus. Suffraganeos
prouincie nr̄e in dn̄o hortantes vt his
nr̄is indulgentijs ſimiles in ſuis ciuita
tibus et dioceſ ſupaddant.

¶ Ad gloriā ſancte et intemerate vir/
ginis dei genitricis pro miſeris pecca/
toribus filium ſuum crucifixum aſſidue
deprecātis et orantis cuius laudes etiā
ſi ōnes arenule maris in līguas cōuer/
terentur.depromere nequirent. Necnō
ad honorē illius anguſtie ꝛ doloris. dn̄s
redemptor noſter ieſus chriſtus expanſ
manib⁹ in ara crucis. pro ſalute noſtra
imolatus.matrez ſuā benedictā dilectiſ/
ſimo diſcipulo ſuo Johanni euāgeliſte
cōmendauit.ꝛ preſertim vt prophano/
rum hereticoruz huſſitaruz perfidia q̄
imagines ad laudē eius crucifixi ꝛ glo
rioſe virginis dedicatas. auſu ſacrilego
comburere et deuaſtare minime formi/
darunt nec formidant. Statuimus et
ordinamus vt feſtum cōmemorationis
prefate anguſtie et doloris beate Marie
virginis.deinceps ſingulis annis feria
ſexta poſt dominicā Jubilate niſi aliqd̄
feſtum eodez die interuenerit. Ex tunc
prima feria ſexta proxima ſubſequenti.
In primis veſperis. matutinis alijſqz
horis. Necnon in ſecundis veſperis in
choro tantū in omnib⁹ eccleſijs prouin/
cie noſtre ſubiectis ſm̄ notas ac hiſtori/
am.et omeliā de eodez feſto compoſitas
ſolenniter celebretur. Ut dominus no
ſter ieſus chriſtus velamina de cordib⁹
eorundez hereticoruz auferat et eoſdez
ad ſacroſanctam fidem catholicam reuo
care et chriſtifideles ab erroribus⁹ et om/
ni malo per pijſſimam ſuam miſericor/
diam preſeruare et cuſtodire dignetur
Cuicunqꝫ autem intereſſenti huic miſ/
ſe cum deuotione. de omnipotentis dei
miſericordia et auctoritate noſtra me/
tropolitanā ꝛ ordinaria.quadraginta di/
es indulgeñ. de iniūctis eis penitētijs
miſericorditer in domino relaxamus.
Exhortantes ſuffraganeos prouincie
noſtre in domino vt his noſtris indul/
gentijs ſimiles in ſuis ciuitatib⁹ et dio/
ceſibus ſupaddant.

Ceterum mandamus omnibus
ſuffraganeis noſtris et eoꝝ cui
libz vt ſtatutorum in ſacro pro/
uinciali concilio concluſoruz et publi
catoruz copiam ſub forma autentica in/
fra vnum menſem immediate ſubſequē
tē recipiant et ſuis ſynodalibus conci/
lijs faciant publicari infra tempus a iu
re ſtatutuz.ne quiſpiam de ſibi ſubiectis.
de eorum editione pretendere valeat
ignorantiam vel allegare. Et precipue
mandamus decanis eccleſiarum noſtra/
rum ciuitatis et dioceſis ac chriſtianita
tum decanis.quatenus ea in ſuis eccle/
ſijs et capellis reſeruent et publicent.
ac vlterius dent per copiaz eccleſiaruz
rectoribus decanatuuz eorundem.alio/
quin iuſto impedimento ceſſante pre/
miſſa negligentia excommunicationis
ſententiam et tanq̄ȝ inobedientes volu
mus canonice puniri Pronunciatuz in
eccleſia noſtra Colonienſi Sub anno a
natiuitate domini Milleſimo quadrigē/
teſimo viceſimotertio.die iouis.xxij.mē
ſis Aprilis ſub ſigillo noſtro preſentib⁹
appenſo in teſtimoniū premiſſoꝝ.

Approbatio priuilegij cleri Colo/
nieñ circa thelonia.teſtamēta offi/
ciatos ꝛ alia plura.et confirmatio
eiuſdez put ſequitur.

Theodericus dei gratia ſancte

Colonienſis eccleſie archiepiſcopus.
ſacri imperij p Italiam archicancella/
rius weſtphalie et angarie dux.ꝛc.
Notum facimus vniuerſis p̄ntes lr̄as
viſuris ſeu legi audituris. Qꝫ cōſtituti
in nr̄a p̄ntia venerabiles Johannes de
lynepe ſancti Gereonis.et Walramus
de kerpen beate marie ad gradus p̄poſi
ti.illuſtres et dilecti conſiliarij nr̄i.nec
nō maioris.ac Theodricus de kempen
Sancti andree.et Gotfridus de hāme/
rode ſancti Seuerini Colonienſis ec/
cleſiarum canonici quedā p̄uilegia a bo
ne memorie dn̄o Frederico p̄deceſſore
nr̄o.prioub⁹.p̄latis et clero ciuitatis et
dioceſ Colonienſ nr̄arū cōceſſa et eius
vero ſigillo impendeñ vt prima facie ap
paruit ſigillata nobis exhiberūt et rea
liter oſtenderūt. Supplicañ humilit no
mine dicti cleri q̄tenus hm̄oi priuilegia
Innouare.approbare. ratificare.et con/
firmare dignaremur. Quorū quidē pri/
uilegiorū tenores de v̄bo ad v̄buz di/
noſcunt eſſe tales.

Tenor priuilegiorū.

Fredericus dei grā ſancte Colo
nieñſis eccleſie archiep̄s ſacri im/
perij p Italiā archicācellarius
dilectis nobis in chriſto. Prioribus p̄/
latis ac vniuerſis clero ciuitatis et dio
ceſis nr̄aruz Coloñ ſalutē in eo qui eſt
oīm vera ſalus. Juſtis petentiū deſide/
rijs dignū eſt nos promptū facilēqꝫ pre
bere auditū. Et vota petētiū q̄ a ratio/
nis tramite non diſcordāt affectu p̄ſe/
quente cōplere. Eapropter petitiones
vr̄as nobis nup oblatas. benigno proſe
quētes affectu gratioſe vobis oībus et
ſingulis omnem rancorē ſi quem p̄ vos
vel aliquē cōiter vel diuiſim vnqꝫ con/
cepimus ex puro corde oīno remittim⁹
et medullitus indulgemus vobiſqꝫ oīa
priuilegia.omneſqꝫ imunitates liberta/
tes et gratias a p̄deceſſoribus nr̄is vo/
bis conceſſas.ac eccleſiarum conſuetu/
dines licitas et honeſtas cōfirmamus
et preſentis pagine ſcripto innouamus
Vobiſqꝫ nihilominus infraſcriptas li/
bertates et priuilegia ad amicitie mu/
tue et ſubuentionis reciproce compagi
nem indiſſolubili conglutino connectē/
dam liberaliter concedentes. In p̄mis
q̄ omnes et ſinguli officiati noſtri qui
nunc ſunt et qui in poſterum p nos cre/
abuntur inter alia in iuramento ipoꝝ
contenta corā nobis et nr̄is nomine cle
ri ciuitatis et dioceſis noſtrarum Colo/
nienſ Juramentum huiuſmodi recipi/
ſuo tribunali ſeruetť audientia iuxta mo
rem antiquū in qua vnus notariorum
ſedens ſuꝑ tribunal citationē audiat et
ꝓcuratores de cetero ibidez maneāt et
ſeruent debitū ordinē in ꝓponēdo abſq̄
ſtrepitu et clamore et ſeruetť ibidē iudi/
ciū ſicut corā officiali nr̄o ne ꝑtes neg/
liganť.cās ꝓ peregrinantes.⁊ graues
remittāt ad officialē et ſigilliferꝝ.

¶ Jtem.lxxiiij. Officialis noſter nō da
bit alicui abſolutionē ex officio niſi ſub
ſit magna neceſſitas et ex rationabili cā
de conſenſu tū partis et ſcitu ſigilliferi
noſtri.

¶ Item.lxxiiij. Officialis noſter nō re/
cipiat aliquid de interlocutoria qm̄ per
hoc ꝑtes nimiū grauātur.
¶ Item lxxv. Non fiat in actis repeti/
tio materie ſemel ſcripte.ſed ſcribātur
ꝑ verba vt prius.vel vt habetur tali fo
lio qm̄ ꝑ repetitionem materiaꝝ fit gra
uamen ꝑtibus.

¶ Item.lxxvi. Procuratores poſt con
cluſionem cauſe ꝗꝫ cito poterunt p̄ñtent
officiali acta ſigillata ꝑtiū earum ſub pe
na preſtiti iuramēti.ne vna ꝑs negliga/
tur ꝓpter aliā ſeu propter negligentiaꝫ
ꝓcuratoris qđ ſi nō fecerit octo diebus
per noſtrum officialem a ſuo officio ſuſ/
pendatur.

¶ Item.lxxvij. Procuratores poſt cō/
cluſionem cauſarum et litiuꝫ inter ꝑtes
compoſitionem per concluſionem et col
luſionem non faciāt videlꝫ ne defraude
tur ſigillum noſtrum. Sed ſi cauſa con/
cordie contingat eos de compoſitione
tractare inter ꝑtes ꝓuideāt ſigillo nr̄o
acſi cauſa ad finalē deciſionē fuiſſet de
ducta. Approbamus enim inter ꝑtes de
compoſitione tractari.ſaluo iure noſtri
ſigilli. Nec ſicut multotiens eſt comper
tūꝫ ſimulata compoſitione ius noſtrum
ſigilli alijs applicabitur. vnde ꝑs magis
fuerit grauata ꝗꝫ fuiſſet poſt ſententiam
latā.quia forſan triumphaſſet ⁊ qđ iuſte
ſibi debebatur per ſimulatā cōpoſitionē
fuit ſublatum.

¶ Item.lxxviij. Officialis noſter ſum/
marie et de plano abſqꝫ ſtrepitu et figu
ra iudicij procedat immediate diffinien
do ſine ſcriptis cauſas motas ſeu mouē
das ſuꝑ paruis iniurijs et int̄ humiles
ꝑſonas preſertim inter mulieres que fa
ciliter rixantur.

¶ Item.lxxix. Officialis noſter ex offi/
cio ſuo teneatur ſemper pauperibus ꝑ/
ſonis aduocatos procuratores et nota/
rios deputare.qui propter deum gratis
eis ſeruiāt.cauſas eorum promoueant.
et eorum propoſitio ſemꝑ audiat prius.
ſicut in curia rhomana ſeruatur.

¶ Item.lxxx. Nullus officiatorum cu/
rie noſtre detrahat officiali vel ſigillife
ro noſtris pro tempore.nec ꝑtem ſuam
contra eos incitet. negligentiā ſuam re
torquendo in eoſdem.ſepe enī cū cauſas
perdunt ſe excuſando imponunt iudici
culpaꝫ male iudicanti contra eaſdem ꝑ/
tes incitando.

¶ Item.lxxxi. Audiētiarius curie nr̄e
nullas citatiōes regiſtrabit ad regiſtrū
audientie noſtre niſi fuerint ſigillate et
de execucione legitime facta eidem ple
ne conſtiterit ꝑ ſigillum curie nr̄e.

¶ Item.lxxxij. Et ſtatuimus ꝙ quili/
bet officiatus aule noſtre officio ſuo in/
tendat fideliter et ſolicite nec alteri mā
cipetur negocio vel ſeruitio per quod
poſſit ab aſſiſtentia aule impediri.ꝙ ſi in
firmitatis aut alia rationabili cauſa ſe/
cluſa et abſqꝫ ſigilliferi noſtri licētia ſpe
ciali ꝑtinaciter vel alias abſens a ſuo of
ficio extiterit eo ip̄o facto intelligatur
eſſe priuatus.

Expliciunt ſtatuta curie Colonienſ
per venerandum ac egregium dominū
dn̄m Theodericum archiepm̄ Coloni/
enſeꝫ edita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Incipiunt ſtatuta

Curie Coloñ edita per reuerendū dñm
Ropertum archiepm Coloñ.

Opertus dei grã ſancte eccle
ſie Coloñ archieps. ſacri rho/
mani imperij p̄nceps elector
ac p Italiā archicācellarius
weſtphalie et angarie dux. ꝛc. Quia vt
experientia didicimus patroni cauſarū
aduocati ꝓcuratores et notarij corā of/
ficiali nr̄o ꝓ tp̄e exiſteñ. A iuris ordine
ſepius deuiarunt. propter qḋ et ptes li/
tigātes inutilibus expenſis grauari. ſen
tentias ſup huiuſmodi nulliter ſeruato
proceſſu. in rhomana curia annullari et
caſſari ſepius contigit. Nos modū pro/
cedendi in cauſis quibuſcūqꝫ corā dicto
officiali pendentibus introducendū da
re cupientes. Habita deſup cū venera/
bili capitulo nr̄o iuriſperitis et practicis
cōſiliarijs nr̄is deliberatione matura.
Statuim⁹ et ordinauimus ac ſtatuim⁹
et ordinamus ea q̄ ſequūtur.

¶ In p̄mis inouamus ſtatuta bone me
morie Theoderici archiepi Colonienſ
p̄deceſſoris nr̄i circa iudiciariū ordinem
laudabiliter edita. p̄ſertim circa habili/
tates pſonaꝝ. aduocatoꝝ. ꝓcuratorū. et
notarioꝝ. et que cauſa cenſetur ſummai
ria et leuis. videlꝫ illa que nō excedit
ſummā duodecī florenoꝝ auri electoꝝ
imperij. Relique vero cauſe ſup rebus
dictā ſummā excedentibus cenſeantur
plene.

¶ Itē ſtatuimus et ordinam⁹ ꝙ cauſe
introducte ſup rebus nō excedentibus
valorem octo marcarum Colonienſium
cenſeantur minime. Etiam ſi inter pau/
perrimas pſonas ventilarent.

¶ Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ in
cauſis ꝓphanis ſummarijs ſeruabuntur
termini et modus ꝓcedēdi. ſicut in cau/
ſis beneficialibus. decimarum matrimo
nialibus et vſurarum prout infra pa/
tebit.

¶ De obſeruatione terminorum in cau
ſis plenis mere ꝓphanis. Et termini ſer
uandi in cauſis prophanis ſup ſumma
excedente valorem duodecim florenoꝝ
renenſium.

Rimus terminus ſubſtātialis
neceſſarius eſt poſt citationem
ad cauſam ſeu poſt reſolutionez
monitorij videlꝫ ꝙ citeť reus ad libellā
dum ad ſecundā diez Si tūc libell⁹ non
eſſet paratus poſſet dari certa cedula in
qua inchoat⁹ eſt libell⁹ nōdū pfectus et
obtineri ad corrigendū ad p̄mā diez vt
termin⁹ ſeruet. in p̄mo termino prefixo
ꝛ iſte terminus eſt cōis vtriqꝫ pti ita ꝙ
licꝫ tā actori q̄ꝫ reo libellaē. ſi vult libel/
lo realiter oblato citeť ps aduerſa vel
prefigatur ꝓcuratori apud acta. termi/
nus ad reſpondendū libello oblato litē
deſup cōteſtādā et iurādū de calumnia.
Primo ad p̄mā diē iuridicā. Et iſte ter
min⁹ quo ad litis conteſtationē. ꝛ iura/
mentū calūnie eſt cōis. Secūdo ad idez
ſub pena excōicatiōis ad p̄mā diē. Ter/
tio ad idem ſub excommunicationis pe
na. alioquin ad videndum partem ad/
uerſam excommunicari ob non reſpon/
ſionem libelli. Interea oſtendatur libel
lus et exceptiones ſi date ſint contra li/
bellum officiali vt admittat libellū vel
reijciat et compellat ad litem conteſtan
dam vt moris eſt. Lite conteſtata et iu/
rato de calumnia prefigatur parti ter/
minus ad articulandum qui etiam eſt
communis vtriqꝫ parti ad ſecundam.

In quo ſi libellus fuerit articulatꝰ diſpoſitiuus et bonus poteſt repeti libellꝰ loco articuloꝝ vel poteſt fieri maior ſpecificatio in articulis ꝙ̃ fuit in libello de tpe. loco. ꝛc. Alioquin ſi libellus fuerit narratiuus fiant articuli ad longū concludendo ad primā petitionē datā in libello. Et tunc citetur aduerſarius ad dicenduꝫ contra articulos ad ſecundaꝫ Quo termino ſeruato. citetur aduerſarius vel ꝓfigatur ſibi terminus ad producendum omnia ad ſecūdā. qui etiā eſt cōmunis. Et in illo termino poteſt petere procurator admitti articulos ſuos ad ꝓbāduꝫ. parte pn̄te aduerſa vel etiā ad hoc citata ſi abſens fuerit et deſuꝑ producere iura et teſtes. Si nō habet ꝓducat iura ꝟbo cū ꝓteſtatione ad ꝓducendum eadem iura facto. ſuis loco et tēpore oportunis Et citetur aduerſarius ad dicendum cōtra ad ſecūdā dieꝫ et in illo accuſetur cōtumacia. vel reus excipiat ſi voluerit. ſi nō habet negata parata. vel dieꝫ ꝑ officialē Ultimo poteſt ad cautelā ſeruari terminus ad declarāduꝫ ſi aliqua eſſent dubia ad ſecūdā diē. Lapſis tūc terminis probatorijs aſſignandis concludat᷑ et ferat᷑ ſententia.

¶ Similiter in ſecunda inſtantia. niſi ꝙ articuli dati in ꝑma inſtātia repetantur in termino ad articulādum ⁊ ꝙ omnes termini ſeruati in ꝑma inſtātia ad ſecundam ſeruētur in ſecunda et tertia inſtātia ad primam diem.

¶ Ad effectum pronunciādi ſuper deſertione ſententie neceſſario ſeruandi ſunt termini ad producendum de diligētia proſecutionis appellationis ꝑmo ſecundo tertio et quarto et ſupabūdanti ſemper ad ꝑmā diem iuridicā et nullus alius terminus.

¶ Ad effectum quem declarandi incidiſſe penas contentas in litteris executorialibus vel inhibitionis vel alijs quibuſcunqꝫ ſeruentur neceſſario termini ad docendū ſe paruiſſe litteris hmōi primo. ſecundo. tertio. ſemper ad primā diem. Si tamen eſt prohibitio in inhibitione. ne tale quid fiat neceſſarium eſt articulari inhibitionem poſt inhibitionem talia feciſſe. et parte citata ad dicendum contra articulos ſuper huiuſmodi contrauentione datos ad primaꝫ diem abſqꝫ litis conteſtatione admittentur et probentur et facta probatione ſiat declaratio.

¶ In cauſa grauaminis puta in omnibus grauaminibus etiam habentibus vim diffinitiue videlicꝫ in cauſis appellationum interpoſitarum a ſententia nullitatis quacunqꝫ. vel a ſententia lata ſuper deſertione quacunqꝫ poſt citationem producatur appellatio ſi actor vult ſeruare terminos. vel repetatur prout eſt in actis. et citetur aduerſarius ad dicendum contra ad primam diem. et ſeruato illo termino accuſata contumacia. citetur aduerſarius ad impugnandum et iuſtificādum ad primam diem. Illis terminis ſeruatis nihil plus eſt agendum. niſi ferre ſententiam habitis actis Hic tamen quod ſi agitur ſuper nullitate reſultante ex eiſdem actis non eſt opus ſeruare terminos. ſi autem debet conſtare de nullitate nō ex eiſdem actis ſed aliunde. extra acta tunc neceſſaria eſt libelli oblatio. litis conteſtatio. ⁊ terminoruꝫ obſeruantia. ſicuti in mere prophanis cauſis etiam ſi principalis cauſa eſſet beneficialis vel ſui natura ſummaria.

In cauſis beneficialibus matrimonialibus, decimarum. vſurarum. et ſūmarijs fundata iuriſdictione ſeruetur terminus ad libellandum et iurādū de calumnia ad primaʒ dieʒ et in illo termino detur libellus verbo ſine ſcripto et iuretur de calumnia. et citetur aduerſarius ad articulanduʒ ad ſecundaʒ In quo termino dentur pro quacunqꝫ parte que voluerit articuli. facto vel verbo ſi articuli nō ſunt facti. et citetur aduerſarius ad dicendum cōtra articulos ad ſecundam diem. Et tūc accuſetur cōtumacia nil dicentis contra articulos. quo termino ſeruato poſſunt peti articuli ad probandum admitti et fieri probationes ſi placuerit. Et ſi hoc fiat ſiue nō nihilominus ſeruetur terminus ad producendum omnia ad ſecundā. et deinde ad dicenduʒ contra producta ad ſecundā diem. et tunc poſſunt dari articuli facto ſi prius nō fuerint dati et fieri probationes per vtraſqꝫ partes que voluerint. Si autem aliqua partium ſubterfugit. inſtet ꝑs petens expeditionē ſemper pro concluſione vt ſup̄.

Similiter fiat in ſecunda inſtantia niſi ꝙ omnes termini ſeruentur ad primam dieʒ preterq̄ʒ ad articulanduʒ et qui ſeruentur ad ſextaʒ dieʒ. ſimiliter fiat in tertia inſtantia. niſi ꝙ omnes termini ſeruentur ad primam diem.

In minimis tamen cauſis infra duodecim florenos renenſes vel circa vel ſuper paruis iniurijs verbalibus nullus proceſſus fiat. Sed duntaxat iuxta ſtatuta deducatur in vna parua cedula factuʒ diſpoſitiue et clare per articulos Et citata parte ad dicendum contra ad primam diem. Illis admiſſis ad probanduʒ facta reſpōſione fiat probatio ſummaria et in illis notarij non debent extendere terminos nec regiſtruʒ. ſed abbreuiare q̄ntum poſſunt. ſicuti ſcribendo protocollum.

Inſup in cauſis confeſſati ſiue recogniti ſeruetur ſtilus hucuſqꝫ ſeruatus ꝑ viam monitorij.

In cauſis redditiuum ⁊ ſubmiſſionū incipiatur per monitoriuʒ donec fiat reſolutio.

In cauſis antiquorum redditiuum eccleſie a monitorio.

Item notarij ſcribant in actis nomina procuratoꝝ in ſingulis terminis qui cōparuerunt ⁊ in teſtium productione dicant illa verba in. N. ex aduerſo procuratoris pn̄tia.

Item notarij in prima citatione vel monitorio emittendo deſignent ſpecifice rem ſuper qua actor intendit agere et ponant clauſulam cum certificatione ſiue cōparuerint ſiue nō. Nihilominus procedat vſqꝫ ad diffinitiuā ſententiaʒ incluſiue vel ad excōicationē ob nō reſponſionē libelli. ſi litis conteſtatio neceſſaria fuerit. vel ad immiſſionē in poſſeſſionē ex primo decreto ꝓut de iure ꝑ citationes ad valuas eccleſie maioris ⁊ portas aule nr̄e Colonienſis affigendas. Ipoꝝ citatorum abſentia vel cōtumacia nō obſtāte. Et hmōi pima citatio decernatur ꝑ dn̄m officialeʒ in cauſ magnis ſiue prophanis ſiue mr̄imonialibus decimaruʒ aut vſurarum.

¶ Item notarij nulli dabunt hmōi citationē vel monitoria. niſi pncipales met petierint et apud acta conſtituerint. vel procurator curie noſtre qui legitimam cautionem fecerit de ratificatione principalis cum conſtitutione ante executionem monitorij vel citationis ſub pena decem florenorum fiſco applicandorum.

¶ Item dicant quis eſt terminus ſoli/
tus ad proſequendū appellationē et non
ponant in genere cum terminis ſolitis

¶ Item in cauſis appellationū vel vbi
pendet terminus aliquis ſubſtantialis.
ponāt feſta que impediant audientiā et
curſum cauſarum et queciiq; impedimē
ta occurrentia.

¶ Itē nullus notariorū ſubſcribat acta
niſi ſigillata ſigillo curie nr̄e.

¶ Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ ꝓ/
curatores ſm ordinem eoꝝ cauſas ſuas
diſtincte et clare ꝓponāt abſq; clamore
et multiplicatione ꝟborū et vno loquē
te alij taceant et auſcultent. Et interea
nullus aduocatoꝝ ꝓcuratoꝝ notariorū
ſeu ſolicitatoꝝ ꝓponētem impediat ver
bo vel facto aut cōfabulationes inter ſe
faciāt.ſub pena vni⁹ marce Coloñ irre/
miſſibiliter ꝑ officialē et ſigilliferū pro
tpe exigende.ac etiā ſuſpenſionis ab of
ficio ſi vnus ſepius deliquerit.

¶ Item ſtatuimus et ordinam⁹ ꝙ vno
procuratore ꝓponente alij ꝓcuratores
fixe ſtent in locis ſibi deputatis.nec a lo
cis recedāt ſine domini officialis licen/
tia petita et obtēta ſub ſilibus penis pe
cuniariū et ſuſpenſionis.

¶ Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ in
cauſis fiſci inquiſitioñ ſuꝑ criminibus
ꝑ ſubditos cōmiſſis hoc ordine proceda
tur. videlicȝ citatione vel monitione
emiſſa ad reſpondendum ꝑſonaliter ſuꝑ
obijciēdis. Citatus ꝑſonaliter ſine ſcri/
ptis corā aliquo notario curie nr̄e iura
to ꝑ officialem ſiue ſigilliferum deputā
do aut deputato in pn̄tia ipius ſigillife/
ri reſpōdeat ſingulariter ſingulis arti/
culis in ſcriptis exhibitis medio iura/
mento. Et ſi confitetur delictum iniun/
gatur ſibi penitentia ſalutaris. Si pro
leuibus per dominum ſigilliferum dū/
taxat.in grauibus āt de conſilio dicti of
ficialis.et ſi negauerit dētur articuli ex
ceſſuum iuridice.et citetur reus vel ꝓ/
curator ꝑ eum cōſtituendus ad dicendū
contra ad ſecūdā.deinde fiat deſuꝑ litis
conteſtatio more ſolito et preſtetur iu/
ramentū calumnie et ſeruentur termi/
ni ſicuti in ceteris cauſis prophanis.

¶ Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ ad/
uocati et procuratores et notarij ꝑmiſſa
in q̄ntum eos concernunt nō adimplē
tes ſeu clientulos ſuos inutilibus expē
ſis ex eorum negligentia grauantes ꝑ/
ter damna expenſarum et intereſſe ad
que parti grauate obligantur. Ad arbi/
trium domini officialis pro tempore ex
iſtentis arbitrarie puniantur.

¶ Item ſtatuimus et ordinamus ꝙ ſi
libellus vel articuli ex eorum ineptitu
dine reijci contigerit aduocatus vel ꝓ/
curator qui illos fecerit ad expenſas v/
triq; pti teneatur. ⁊ alias arbitrarie pu
niatur.ſil'r obſeruetur ſi inutiles ter/
minos obſeruauerit. ⁊ proceſſum inuti/
lem fecerit.ſed in principio cauſe delibe
rent inter ſe de modo procedendi et ad
quem finē velint agere.ne ptes inutili
bus expenſis verent. et lites reddant
immortales.

¶ In robur et teſtimonium ꝑmiſſorum
ſigillum ſiue ſecretum noſtruȝ pn̄tibus
nr̄is ſtatutis et ordinationibus in tri/
bus folijs cū dimidio papiri conſcripti.
ꝑ ſingula folia de mādato nr̄o eſt appen/
ſuȝ. Anno domini. M.CCCC.lxx. die
quidem Iouis penultima Menſis Au/
guſti.

# Reuocantur et irri/
tantur indulta cnnfeſſionalia. et auferē
ptās ep̄alis oīb⁹ p̄terꝫ penitētiarijs ec
cleſie Coloñ ad hoc deputatis.

Redericus dei et apoſtolice ſe/
dis grā archieps Coloñ ſacri im
perij ꝑ Italiā archicācellarius
Uniuerſis ⁊ ſingulis ad quos p̄ntes lit
tere ꝑuenerint. ſalutē in dn̄o ſempiter/
nā. Quia pro q̄litate tp̄is modi diſponū
tur agēdi. Ideo euenit ꝙ illius curſu ⁊
mutabilitate mutantur. hinc eſt ꝙ cum
p̄deceſſores nr̄i pluribus et diuerſis ꝑ/
ſonis et eccleſiaſticis tā religioſis q̄ꝫ ſe/
cularibus quibuſdam ad tempus certū.
quibuſdam vero ſine temporis deter/
minatione nō tam motu proprio q̄ꝫ im/
portuna petentium inſtantia. conſidera/
ta tunc temporis qualitate per ſui certi
tenoris lr̄as ſubditoꝝ ciuitatis et dio/
ceſis nr̄e Coloñ etiā eoꝝ certo numero
tunc expreſſo cōfeſſiōes audiēdi ⁊ eos
in caſib⁹ a iure ſpecialiter reſeruatis ab/
ſoluendi ac penitentias ſalutares iniū/
gendi ptātez duxerunt indulſiſſe. acce/
deñ itaꝫ ex eo ꝙ nōnulli cōceſſione et
indulto hmōi ſicut relatibus accepim⁹
fidedignis nō minus prouide q̄ꝫ indiſ/
crete ac periculoſe quod tñ ad p̄ns ſilē/
tio preterimus in hoc verſantes q̄ꝫ plu
rimū ſunt abuſi. id qd̄ ad ſubditoꝝ pre/
dictorum ſalutis compendium circa qd̄
tunc eorum p̄deceſſorum nr̄orum diri/
gebatur intentio egiſſe videbātur mor/
bum quodāmodo letiferuꝫ latenter in/
gerens ſcandalū parauit et parat ac er/
rorem inducit et ep̄alem cui in hac par/
te quodāmodo detrahendo paruipen/
dit poteſtatem omnes et ſingulas con/
ceſſiones et indulta hmōi ſalua poteſta
te penitentiarioꝝ in eccleſia noſtra Co/
lonienſi conſiſtente et creata prouide
tradita necnō litteras ſuꝑ hoc ſub qua/
cunꝫ forma verborum conceſſas etiaꝫ
ſi in eis forſan cautum exiſtat ꝙ hmōi
lr̄e vires obtineant nō obſtante reuo/
catione quacunꝫ generali vel ſpeciali
niſi nominatim et expreſſe in huiuſmo/
di reuocatione mentio ſit habenda ſpe/
cialis penitus et in totum reuocamus ⁊
ex cauſis ſup̄dictis et alijs nos mouen/
tibus irritamus. Datum ſub ſigillo nr̄o
p̄ntibus quas in ſynodo ſancta proxi/
ma celebranda volumus publicari appē
ſo. Anno natiuitatis domini. M.ccc.lxx
primo ſabbato poſt Lamberti.

Reuocantur littere quibuſcunꝫ ele
moſynarum queſtoribus hucuſꝫ cōceſ/
ſe preterꝫ ꝓ eccleſia Colonieñ ⁊ eius
fabrica.

Redericus dei gratia ⁊ apoſto
lice ſedis archiepiſcopus Colo/
nienſis. ſacri imperij ꝑ Italiaꝫ
archicācellarius. Uniuerſis et ſingulis
eccleſiarum ꝑrochialium rectoribus ſeu
eorum vices gerentibus ciuitatis ⁊ dio
ceſis Colonienſis. ſalutē in dn̄o. Cuꝫ du
dum ſicut accepimus predeceſſores ac
preceſſores noſtri ꝑ ſui certi tenoris lit
teras diuerſis queſtoribus elemoſyna/
rum ſuꝑ hoc conceſſas ꝑ quas vniuerſi/
tatem veſtram exhortando vobis dicū/
tur iniunxiſſe quatenus queſtorib⁹ hu/
iuſmodi dum ipi ad vos vr̄as eccleſias
pias fidelium elemoſynas et grata cha/
ritatis ſubſidia petituri declinauerint
gratioſe admittere et charitatiue cura/
retis. nōnulli queſtoruꝫ in hac p̄te lr̄is
obtentis adulterinis. Alij vero lr̄is ſi/
bi conceſſis nequiter abutentes. non/
nullas etiā abuſiones in ſuis ſermoni/
bus ad populum factis publice predicā
do ad querendas hmōi elemoſynas et
ſubtiliter extorquēdas confingūt. Qui/
dam vero qui minus ad id idonei ⁊ mo
deſti et indiſcreti exiſtunt cum lr̄is hu/
iuſmodi pro petēdis elemoſynis ⁊ que
rendis deſtinantur et multipliciter ex/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſerunt et excedunt in ipſorum graue diſpendium animarum ſaluti populi ⁊ deuotioni fallaciter illudētes. Quapropter prefatas huiuſmodi predeceſſoruꝫ lr̃as quibuſcūqꝫ elemoſynaꝝ queſtoribꝰ preterq̄ꝫ his qui pro eccleſia nr̃a Colonienſi et eius fabrica ad vos vel veſtrū quēlibꝫ et eccleſias veſtras declinātes acceſſerint elemoſynas petituri ſub q̄cunqꝫ verboꝝ forma conceſſas penitus reuocamus et in totū. Datum ſub ſigillo nr̃o p̄ntibus in ſynodali concilio celebrando publicandis appēſo. Anno natiuitatis domini. Milleſimo. tricenteſimo. ſeptuageſimop̄mo. penultima die Menſis Septembris.

# Incipiunt ſtatuta

ſynodalia eccl'ie Coloñ p reuerēdiſſimū dñm Hermānū Archiepm Coloñ et ſeu gratie ſue cōmiſſarios edita ⁊ in diuerſis ſynodis ſupioribus tpibus pronūciata et publicata et firmit obſeruari mādata.

Enerabilis et egregius vir dñs officialis curie Coloñ innouat oīa et ſingula ſtatuta puincialia et ſynodalia huius inſignis eccleſie Coloñ. necnō alia quecūqꝫ mādata et pnūciata in diuerſis pteritis ſynodis hic lecta et publicata et mādat oīa et ſingula illa firmiter obſeruari ſub penis et cenſuris inibi cōtentis et pſertim innouat ſtatuta quorum pricipia cauſa breuitatis. ex quo ſinguli chriſtianitatū decani et prochialiū eccleſiaꝝ et capellaꝝ rectores dioceſ Coloñ eorundē ſtatutorum copiā habere et illa publicarē et obſeruaē tenēt put eis in ſingulis ſynodis mādaſ. hic legent et publicentur in modū infra ſcriptuꝫ. Et pmo ſtatuta quondā reuerēdiſſimi pȓi dñi Engilberti archiepi Colonienſ et ſucceſſiue ſuorum ſucceſſorum.

## Engilberti.

Cōtra iniectores manuū in clericos incipiēs. Statuim⁹ vt ſacrilegi ſuadēte diabolo. ⁊c. Eiuſdē. Cōtra raptores et inuaſores bonoꝝ eccleſiaꝝ.
Itē ad reprimendū importunā pſūptionē raptoꝝ. Eiuſdem de eodem.
Item predones raptores hmōi et receptatores. Eiuſdē Cōtra detentores ſeu ſubtractores decimarum.
Iteꝫ cū ſacrilegi cenſeanſ. ⁊c. Eiuſdē Contra impedientes eccleſiaſticoꝝ iudicū iuriſdictionē et executionē ſniarū.
Itē Ne iuriſdictionē iudicū eccleſiaſticorum ſiue ordinarij fuerint. Eiuſdē. Contra illos qui clericos nō ſine violēta manuū iniectione capiunt et detinēt Item quia in tantā veſaniā plerūqꝫ prumpit qnorūdā pueſitas. ⁊c. Eiuſdē Contra occiſores et mutilatores clericoꝝ. Incipiens. Iteꝫ de occiſoribus et mutilatorib⁹ clericoꝝ. ⁊c. Eiuſdem Contra eos qui minas intulerint pſonis eccleſiaſticis in corpe vel reb⁹. incipiens. Item volentes malo añqꝫ eueniat qntū poſſumus obuiare. Eiuſdē Contra clericos qui mutilant vel occidunt clericū. Item ſtatuimus vt clericus occidens vel mutilans clericum Eiuſdem Contra clericos in executionib⁹ ſniarū remiſſos et ſnias ipas mō debito nō ſeruātes. Itē cum nōnulli ſniaꝫ excōicationis damnabiliter vilipendant.

## Sifridi

De vita et honeſtate clericoruꝫ.
Ex concilio generali ſtatuimus et precipimus ꝙ vniuerſi clerici cōtinenter et caſte viuant. ⁊c.
Eiuſdem De cohabitatoribus et concubinarijs. Ex concilio bone memorie Conradi archiepi pdeceſſoris nr̄i. ⁊c.
Eiuſdem De ſacramento confeſſiōis et penitentie et coꝝ attinētijs. Precipimus vt ſacerdotes prochialiū eccleſiarum. ⁊c. Eiuſdē De matrimonio et eius attineñ. Prohibeant frequēter ſacerdotes oībus ſubditis ſuis.
Eiuſdeꝫ De ſepulturis et cemiterijs Statuimus vt nullus excommunicat⁹ et publice nunciatus in cemiterio ſepeliatur. et ſi factū fuerit exhumetur. ⁊c.
Eiuſdem. De malefactoribus ad eccleſiam confugientibus.
Quia nonnulli homicidia mutilationē mēbroꝝ et alia maleficia ppetrāt. ⁊c.
Eiuſdeꝫ De vſurarijs manifeſtis.

Statuimus vt vſurarij manifeſti quos
nos in his ſcriptis excōicamus. ꝛc.
Eiuſdem De clericis in eccleſijs et
capellis celebrātibus ſine noſtra vel ar/
chidiaconi licentia.
Statuimus vt nullus ſacerdos vel cle
ricus in eccleſiarum. ꝛc. Eiuſdez De
executione mādatoꝝ nr̄oꝝ et curie nr̄e
Colonienſis.
Precipimus diſtricte ſub pena excōica
tionis late ſententie. ꝛc. Eiuſdē De
obſeruatione interdicti qualiter ſit ſer/
uādum. Cū plerūqꝫ ⁊ cōiter circa ob
ſeruationē interdictoꝝ ꝑniciose hacte/
nus ſit erratum. ꝛc.

## Wyckboldi.

De alienis et ignotis regētibꝰ eccleſias
Item quia vt intelleximus aliq̄ clerici
vtpote apoſtate diſcurſores et vagi. ꝛc.
Eiuſdem De legatis fabrice eccleſie
Colonienſis et pena. ꝛc.
Si quis vero fabrice eccleſie ſācti petri
et ꝑochialiū eccleſiarum.
Eiuſdem De manifeſtis vſurarijs.
Excōmunicamus et excōmunicatos de
nunciamus omnes vſurarios manife/
ſtos et ſingulis diebꝰ dn̄icis ⁊ feſtiuis.
Eiuſdem De queſtuarijs non admit/
tendis.
Sacerdotes nō ꝑmittāt predicatores
queſtionarl. celebrare ſuꝑ archas. ꝛc.
Eiuſdem De prouiſoribus promoto
ribus et detentoribus elemoſynarum fa
brice Colonienſ.
Item monemus omnes ſacerdotes et
alios quoſcunqꝫ nr̄e dioceſ.
Eiuſdem Vt vnuſquiſqꝫ promoueat
fabricam Colonienſez.
Item precipimus et iniungimus vni/
uerſis preſbyteris Colon̄ dioceſ.
Eiuſdem. De laicis prouiſoribus
ſtructurarum.
Item ſtatuimus ꝙ laici prouiſoribus
ꝑochialium eccleſiarum qui pro conſer
uatione ſtructurarum. ꝛc.
Eiuſdem De falſarijs monetaꝝ.
Quia nōnulli in diuerſis ꝑtibus noſtre
dioceſis falſas. ꝛc.
Eiuſdem Contra detentores ceroce/
ſus. Item precipimus vt vniuerſi ec
cleſiarum rectores moneant omnes ce/
rocenſuales. ꝛc.

Eiuſdem Vt quilibꝫ habeat copiam
ſtatutorum. incipiens.
Et ꝑcipimus omnibus decanis chriſti/
anitatum et plebañ locoꝝ vt ꝑmiſſo/
rum omnium copiam. ꝛc.

## Henrici.

Contra publicos vſurarios. Itez oēs
vſurarij vſuras publice exercentes re/
quirimus et monemus. ꝛc.
Eiuſdem Contra illos qui faciunt ſta
tuta in ꝑiudiciū eccleſiaſtice libertatis.
Itē oēs illos qui ſtatuta ediderint vel
ſtatuta ſeruauerint. ꝛc.
Eiuſdem Contra ꝑturbatores iuriſ/
dictionis officij nr̄i et alioꝝ.
Item omnes illos qui in cōſiſtorio nr̄o
vel dn̄i officialis noſter. ꝛc.
Eiuſdem Contra prelatos vſurpañ
ſibi iuriſdictionē nr̄am.
Itē monemus oēs et ſingulos iuriſdi/
ctionē habentes et nō habentes.
Eiuſdem Ne alienis ꝑmittāt celebra
re in eccleſijs.
Item cū a iure ſit penitus interdictū ne
quis ad celebrandū plebibus.
Eiuſdem De pro clandeſtinis nullus
habet abſoluere niſi officialis Colon̄.
Item licꝫ hactenus ſacerdotibus rura
libus et decanis Ne excōicatos pro ma
trimonijs clandeſtinis. ꝛc.
Eiuſdem Contra abſoluen̄ excōicatl.
a nobis ſeu officiali nr̄o. Itē cuꝫ mi
nor in maiorem nō hꝫ ꝑtātē diſtrictius
inhibemus oībus nr̄is ſubditis.

Eiuſdem Contra illos qui truncos erigunt in plateis ⁊ oblationes tollunt
Item cū ex inductione quadā ꝑ aliquorum laicoꝝ inſolētias ſit inductū. ⁊c.
Eiuſdem Quib' dieb' ꝑrochiani tenent ꝑuenire ad eccleſiā ſuā ꝑrochialē.
Itē q̄ hactenus dubiū quibuſdā extitit de feſtis in q̄bus ꝑrochiā ſuā.
Eiuſdem Contra clericos tonſuram clericalem et veſtes clericales nō deferentes. Itē p̄cipimus in v̄tute ſancte obedientie decanis eccleſiaꝝ et chriſtianitatis cuiuſlibꝫ. Eiuſdem Ne q̄s laic' arreſtet vel detineat bona clericorum. Item ſtatuimus et inhibemus ſub pena excōicationis late ſnīe in his ſcriptis ne. ⁊c.
Eiuſdem Ne laici faciāt ſtatuta in p̄iudiciuꝫ alicuius eccleſie.
Item inhibemus laicis vniuerſis ⁊ ſingulis ſtatuta de oblationē. ⁊c.

Wilhelmi.

Contra illos qui officium tabernarioꝝ exercent iniuſte.
Wilhelmus dei grā. ⁊c. dilectis in chriſto abbatibus decanis et capitulis monaſterioꝝ vtriuſqꝫ ſexus in ciuitate Colonienſi morā trahentibus. ⁊c.
Eiuſdem De vſurarijs manifeſtis et exercentibus contractus dictos hantgelt. Wilhelm'. ⁊c. oībus quib' ex priuilegio cōpetit ꝑponere v̄bū dei. Precipiendo ſtatuimus. ⁊c.
Eiuſdem Ut homines exiſtentes de loco interdicto nō debeant admitti ad ſacramenta in locis nō interdictis. ⁊c.
Wilhelmus. ⁊c. Perniciosus quidam vt intelleximus in nōnullis nr̄e dioceſ ꝑtibus abuſus inoleuit q̄ loco aliquo.
Eiuſdeꝫ. Wilhelmi.
Contra iniectores manuum in clericos eccleſiaſticas ꝑſonas. Wilhelmus. ⁊c.
Multiplicata fidedignoꝝ ad nos ꝑduxit relatio q̄ cōplures ſceleratis.

Eiuſdem Ne aliquis aſſumatur in vicariuꝫ ſine nr̄a licentia et q̄ rectores de elemoſynis detentis fabrice teneant ſatiſfacere. ⁊c.

Wilhelmus. ⁊c.

Ad nr̄m nō ſine diſplicentia ꝑuenit auditū. q̄ nōnulli rectores ſeu curati. ⁊c.
Eiuſdem Ne religioſi extra ſua monaſteria moraꝫ trahant et contra receptores eoꝝ. Wilhelmus. ⁊c.
Uergit quidem in totius religiōis opprobriū graue quoqꝫ et nimiū deteſtabile ſcandalū parat in populo.
Eiuſdem Ne queſtores cū crucibus et calicibus admittant in ꝑrochijs ſine licētia nr̄a data ā ꝑ caplꝫ. wilhelm'. ⁊c.
Meminim' nos iādudū et vicib' multiplicibus ſub certaꝝ penaꝝ adiectione.
Eiuſdem Contra detentores et ſubtractores legatoꝝ fabrice.

Wilhelmus. ⁊c.

Multifarijs excitati clamorib' nos opꝫ precurrere p̄iudicijs et iacturis quibus ſancta nr̄a Coloñ eccleſia. Eiuſdem Ne religioſi quicūqꝫ queſtum publicuꝫ faciant vel male queſita incerta alias q̄ꝫ ad fabricā eccleſie Coloñ ordinent.

Wilhelm'. ⁊c.

Et ſi de ſtatu cunctaꝝ eccleſiarum nr̄e ciuitatis et dioceſ. ⁊c.
Eiuſdem Contra exercentes contractus hantgelt. In ſynodali cōgregatiōe facta vniuerſis clericil. Precipieñ.

Frederici.

De presbyteris ꝯcubinarijs et focarijs ipſorum. Porro ſtatutū bone memorie dñi Conradi p̄deceſſoris nr̄i ꝑ Sifridum ei' ſucceſſorē q̄ idē ſtatuit ꝯ concubinarios. Eiuſdē Ut capto aliq̄ clerico ſtatī ceſſet a diuinis. Itē licꝫ iādudū cert' mod' ꝑ nr̄os p̄deceſſoēs traditus ſit oībus manifeſt'. Eiuſdem Contra vſurarios et exercentes ꝯtractum hantgelt.
Preterea felicis recordatiōis dñi alexandri pape tertij cōſtitutionē. ⁊c.

Eiuſdez Ne aliquis ſacerdos inebri/
etur. vel calceos roſtratos deferat.ꝛc.
Preterea cū ex cōcilio Agateñ qđ inci/
pit Ante oīa.ꝛc Ebrietas que oīm vi/
cioꝝ fomes eſt et nutrix. Eiuſdē. De
matrimoniū cōtrahere volētes debito
modo proclamentur.
Item ſtatutū ſeu mādatū pie memorie
dñi Henrici p̄deceſſoris nr̄i qđ incipit.
Itē p̄cipim⁹ eccleſiaꝝ p̄latis. Eiuſdē
Contra iniectores manuum in clericos
vel minas vel alias dāna eccleſijs.
Itē licz ſtatutū.qđ incipit. Itē cū ma/
gnū ſit ſcādalū dudū p felicis recorda/
tionis dñm henricū p̄deceſſorē noſtruz
ſuoſqꝫ ſuffraganeos.
Eiuſdem De quilibz teneł in anno ſe
mel cōfiteri et ſacramentuz a ꝓprio ſuo
ſacerdote accipere.
Item ſtatuta dñi Henrici p̄deceſſoris
nr̄i ſeu p̄ceptum. qđ incipit. Canonum
q̄ ioqꝫ ſumus executores.ꝛc. In quo mā
dato precipit vt oēs.
Eiuſdem Contra illos qui in cōſiſto
rio archiep̄i forefecerint cōtra officialē
aduocatos.incl. Item ſtatutū ſeu māda
tum bone memorie dñi henrici prede/
ceſſoris nr̄i qđ incipit. Item omnes il/
los.ꝛcl.p qđ q̄dē mādatū ſeu ſtatutū fer
tur excōicationis ſnīa.ꝛcl.
Eiuſdem De omnes habeant copiaz
ſtatutorum Coloñ. Ceterū omnia et
ſingula ſtatuta predeceſſorum nr̄orum
vſu et moribus vteñ. recepta et vſitata
Eiuſdem De impedientibus iuriſdi/
ctionē. De violatoribus emunitatum.
et de excōicatis p annū et amplius non
tumulandis.incipit. Fredericus.ꝛcl.
Uniuerſis et ſingulis chriſtianitatū de/
canis ꝛ eccleſiaꝝ prochialiū rectoribus.
Eiuſdem Contra vſurarios lombar/
dos et hantgelt capientes. incipit.
Fredericus.ꝛcl. Uniuerſis et ſingu/
lis chriſtianitatū decanis et eccleſiaruz
prochialiuz rectoribus ſeu eorum vices
gerentibus p ciuitatem ꝛ dioceſiz nr̄as
Coloñ ꝯſtitutis.ſalutē in dño. Quāuis
vſurarūz vorago que animas deuorat.

¶ Itē mādat venerabilis dñs officia/
lis venerabilis curie Coloñ ſub pēa ex
cōicationis oībus et ſingulis chriſtia/
nitatum decanis et alijs quibus opus
fuerit vt ipi hmōi pronunciata recipiāt
Atqꝫ eadem in ſuis capitulis paſtorib⁹
et plebanis ſui decanatus eadem dili/
genter publicent ipiſqꝫ mandent et cō/
mittant eadem pro poſſe ꝛ noſſe fidelit
obſeruari ſub pēis inibi cōprehēſis.ꝛcl.

Enerabilis et egregius dñs of/
ficialis curie Coloñ Auiſat oēs
et ſingulos dños p̄latos capitu
la et cōuent⁹ eccleſiarū prochialiū ꝛ ca/
pellaꝝ rectores .ac alias ſingulares pſo
nas q̄ adhuc nōdū de charitatiuo ſubſi
dio nup impoſito integre ſatiffecerunt
ꝙ adhuc infra quidecī3 dies proxie ſe/
quētes dñis collectorib⁹ earūdē de illis
ſatiſfaciāt ne op⁹ ſit contra illos ad vl/
teriores ꝓcedere ꝓceſſus p dñm fiſcalē
inſtitutos vel inſtituendos.

¶ Sīliter auctē eiuſdē venerabilis do
mini officialis monentur oēs et ſinguli
vtriuſqꝫ ſexus hoīes tā ſpūales ꝙ̄ ſecu/
lares ſub ſuſpēſiōis a diuinis et excōi/
cationis pena habētes et detinētes le/
gata reuerendiſſimo dño nr̄o archiepo
Coloñ. Aut ad fabricam eccleſie Coloñ
deputata vt infra menſez proxie ſequē/
tez venerabili mgr̄o Udalrico.ꝛc. Si/
gillifero et mgr̄o fabrice.ꝛc. de eiſdē re/
ſpondeant et ſatiſfaciāt. Alioquin.

¶ Itē mādat idē veñ. dñs officialis oī/
bus et ſingulis chr̄ianitatuz decanis et
alijs q̄b⁹op⁹ ē ſub ſuſpēſiōis a diuis ex/
cōicatiōis et vigītiquiqꝫ florenoꝝ ſupl/
orū fiſco reuerēdiſſimi dñi archiepi Co
loñ applicādoꝝ penis. vt ipi tā in p̄nti
ſynodo publicata et ꝓnūciata vel eorū

copias recipiāt vt in ſuis capl'is ꝑ ipos ſuādis publicēt ac ꝗlibȝ eoꝝ paſtorib⁹ ꝓchialiū eccl'iaꝝ ⁊ capellaꝝ rectorib⁹ ſui decanat⁹ fidelr̄ inſinuet ⁊ publicet.

¶ Itē mādat venrabilis dn̄s officialis ſub eiſdē peis vniuerſ et ſingulis chriſtianitatū decanis vt ipi ī eoꝝ ſynodis ⁊ capl'is mādēt et ꝑcipiāt ſingulis eccleſiaꝝ ꝓchialiū ⁊ capellaꝝ rectorib⁹ ſui decanat⁹ ſub ſilib⁹ peis ꝓut idē veñ. dn̄s officialis mādat eiſdē et vnicuiqȝ eoꝝ cōiūctiȝ ⁊ diuiſiȝ ꝙ ipi ſingulis q̄ttuor tpibus die dn̄ica infra miſſaꝝ ſolēnia ſtatuta inſignis eccleſie Coloñ hmōi ꝑſertim ſequētia videlȝ Engilberti ꝯ īpedie̅tes eccleſiaſticoꝝ iudicū iuriſdictionē. incipiens. Itē ne iuriſdictionē. ⁊c. Itē Sifridi. de executiōe mādatoꝝ. ⁊c. īcipiēs Precipim⁹ diſtricte. Et eiuſdē. Sifridi de vſurarijs. ⁊c. Statuim⁹ vt vſurarij. Itē wilhelmi. De vſurarijs maīfeſtis. Wilhelm⁹. ⁊c. Itē eiuſdē wilhelmi ꝯ detētores et ſubtractores fabce. īcipiēs Wilhelm⁹. ⁊c. Itē wyckboldi. De ꝓuiſorib⁹ et ꝓmotorib⁹ fabrice. incipiēs Itē monem⁹ oēs. ⁊c. Et alia ꝯ iniectores manuū violētaꝝ ī clericos et clericos captiuātes. decimas ſbtrahētes. ac bō eccleſiaſtica ſibi vſurpātes edita. ꝑplo ī eccleſijs et capellis ipoꝝ ad audiendū dīna ꝯgregato fidelr̄ et effectualr̄ aut ſaltē eoꝝ effectū exponāt ītimēt ⁊ publicēt mādātes eadē ſtatuta ſub peis inibi expſſis ꝑ eoſdē ſuos ꝓchianos firmr̄ obſeruari. In finē ꝙ hmōi ꝓchiani ñ pñt ꝑtēdere ignorātiā hmōi ſtatutoꝝ exponēdo eiſdē ⁊ auiſādo ipos q̄les penas et cēſuras hmōi ſtatutis ꝯuenientes incurrerēt. Itē ꝙ ijdē rectores ꝓchialiū eccl'iaꝝ et capellaꝝ hmōi. oēs ⁊ ſingulos publicos vſurarios nola pulſata et cādela acceſa et extīcta ⁊ ī terrā ꝓiecta excōicatos pblice denūciēt et ꝗlibȝ eoꝝ denūciet cū effectu. Alioq̄n idē venerabilis dn̄s officialis ꝯ ī ꝑmiſſis negligeñ et remiſſos arti⁹ ꝓut de iure poterit ꝓcedet et ꝓcedi faciet.

¶ Itē mādat idē veñ. dn̄s officialis ſb eiſdē peis et cēſuris vniuerſ et ſingulis eccleſiaꝝ ꝓchialiū et capellaꝝ rectorib⁹ ꝑ ciuitatē et dioceſiȝ Coloñ vbilibȝ cōſtitutis vt q̄cito ipi aliq̄s aggrauationes ꝯ q̄ſcūqȝ eis oſtēſas et pñtatas viderit eoſdē ſic aggrauatos ſeu excōicatos imediate vitēt et ſingulis dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtiuis iux tenorē earūdē lr̄aꝝ publice ī eccleſijs et capellis eoꝝ tpe diuinoꝝ denūciēt. Ipoſqȝ ſic excōicatos ad intereſſendū dīnis nō admittāt niſi viſa ꝑmit⁹ et añ oīa ꝑ eos abſolutione ſigillata hmōi excōicatoꝝ. nō obſtante ꝙ ptes inter ſe erunt concordes.

¶ Itē mādat idē veñ. dn̄s officialis eiſdem paſtorib⁹ et viceplebanis ſub ſilib⁹ penis vt ipi circa executionē mādatorū nr̄oꝝ et alioꝝ iudicū eccleſiaſticoꝝ diligenter attendāt nō ſcribēdo vt ſolent. Executū vt ī forma. nō noiando ꝑ quē vel ꝯ quē vel q̄ die vel ī ꝓꝓriā ꝑſonā vl' locū domicilij. ⁊c. q̄re plures ptes negligunt et ꝑiclitāt. ſed ſic ſcribere debeant Executū ē pn̄s mādatū ꝑ me. N. talem ꝯ. N. talē. āno et die tali ī ꝓꝓriā ei⁹ ꝑſoꝝ vel ī locū domicilij et ī teſtioniū executioñ. ſigillū eccl'ie ſue vel ꝓꝓriū vt āntiquitus fieri cōſueuit hmōi mādato executo inferi⁹ appendāt. ⁊c. Alioquin.

¶ Itē mādat ⁊ inhibȝ idē veñ. dn̄s official', ne dicti paſtores ā plebani poſtq̄ eis cōſtiterit ꝙ aliq̄s ꝓchian⁹ eoꝝ aliquē vel aliquā ſup mr̄imonio corā eodē dn̄o officiali aut alio iudice cōpetēti in cāȝ traxiſſet illos ſic litigātes etiā añ vel poſt ſñiaȝ latā ad ſolēnizādū mr̄imoniū cū alio vel alia admittāt. niſi prius viderint ſententiā ſigillatā illius iudicis corā quo hmōi cauſa fuit ventilata.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Item mandat et inhibet idem vene/
rabilis dñs officialis eiſdē plebanis et
viceplebanis ne ipi aliquos reclamatos
ſup clādeſtino matrimonio ad ſolēnizā/
dum illud in facie eccleſie admittāt niſi
viſa p eos ſnīa deſup lata et ſigillata.

¶ Itē quia frequenter paſtores et ple/
bani excōicatos aucte ſtatutoꝝ eccleſie
Coloñ ꝑpter clandeſtinū mrimoniuz p
ipos cōtractū et ſolū ad duos mēſes ab
ſolutos et duobus menſib⁹ hmōi efflu/
xis ipos vt prius excōicatos minime
vitare curant. Hinc eſt ꝙ idē venerabi
lis dñs officialis mādat eiſdē ꝙ ipi de/
inceps hmōi excōicatos dictis duobus
menſib⁹ elapſis vt prius vitēt ⁊ denūci/
ent donec et quouſqȝ ipi mrimoniū clā/
deſtinū in facie eccl'ie celebrauerint vel
nouā abſolutionē ſup clādeſtino obti/
nuerint ⁊ eis pn̄tauerint.

¶ Itē monet et reqrit dictus veñ. dñs
officialis ſub peis ſuſpēſionis a diuis et
excōicatiōis oēs et ſingulos eccleſiaſti/
cos et religioſos ciuitatis et dioceſ Co
loñ cuiuſcūqȝ ordinis ſtat⁹ aut pemīnē/
tie fuerint habeñ publicas focarias in
domib⁹ ſuis vt infra mēſez proxime ſe/
queñ eaſdē focarias aīmo nō recipiēdi
eaſdē a ſe et ex domibus coꝝ repellant
et eiiciant. ⁊c. Alioquin.

¶ Itē inhibet idē veñ. dñs officialis ſb
ſilib⁹ penis oīb⁹ ⁊ ſingulis eccleſiaſticis
et religioſ infra ciuitatē et dioceſim Co
loñ vbilibz ꝯſtitutis qcūqȝ aucte fūgeñ
ne ipi in ſuis mōſterijs eccleſijs et cōuē
tib⁹ aliqs nouas frnitates vel indulgē
tias ꝓnūciare audeāt aut ꝓnūcient niſi
de licētia reuerēdiſſimi dñi nr̄i archiepi
Coloñ aut ipi⁹ officialis deſup obtēta.

¶ Itē inhibz idē veñ. dñs officialis v/
niuerſis et ſingulis penitētiarijs ciuitatis
et dioceſ Coloñ ſub ſilib⁹ penis ne ipi
vota aut peregrinatōes in alia pia opa
cōmutent niſi pecunia exinde recepta p
eos applicet fabrice eccleſie Coloñ.

¶ Itē exhortātur et monētur pdicti
penitentiarij et quicūqȝ confeſſores vt
ipi fabricā hui⁹ inſignis eccleſie Coloñ
in ſuis ſermonibus et cōfeſſiōib⁹ habe/
ant pmotā et recōmendatā. Inhibētes
eiſdem ne ipi aliquē impedientē eccleſi/
aſticā ſiue ſpūalē iuriſdictionē abſoluāt
ſed illū vel illos ad venerabilez domi/
num ſigilliferum remittāt.

¶ Item inhibet idem venerabilis dñs
officialis eiſdē penitētiarijs ſub pēa ſuſ
penſionis a diuis et excōicatiōis ne ipi
in cōfeſſionib⁹ aut alias ſe de auditione
aut cognitione cauſaꝝ mrimonialiū in/
tromittāt. Sz cōfitentes de facto matri
moniū tangēte ad eūdē venerabilē dñz
officialē tāqȝ ordinariū ad quē cognitio
cāꝝ mrimonialiū de iure ſpectat dino/
ſcit indilate remittāt iuſticiā deſup ab
eodē recepturos expeditā. Alioqui.

¶ Itē aucte eiuſdē dñi officialis monē
tur oēs et ſinguli teſtamētoꝝ ſeu vltiaꝝ
volūtatū executores p ciuitatē ⁊ dioce
ſim Coloñ vbilibz cōſtituti ſub penis ſu
pradictis vt infra duos menſes proxie
ſequeñ venerabili dño ſigillifero de re/
ceptis leuatis et expoſitis cōputū et ra
tionē reddāt legales. Teſtamentis tñ
ordinaria aucte approbatis demptis et
exceptis.

¶ Hic reperiūtur duo ſtatuta recolēde
memorie dñi Sifridi. Vnuz de vita et
honeſtate clericoꝝ. Aliud de cohabita/
torib⁹ et cōcubinarijs. Et auiſant oēs
et ſinguli plati ciuitatis ⁊ dioceſ Coloñ
ꝙ ſi ipi infra tps in hmōi ſtatutis pfitū
ſuos ſubditos iuxta tenorē eorūdē ſta/
tutoꝝ nō correxerint. Idem venerabi/
lis dñs officialis vt ordinari⁹ cōtra il/
los iuxta formam eorundem ſtatutoruz
et iuris diſpoſitionē ꝓcedi faciet. priui/
legijs et indultis qbuſcūqȝ nō obſtātib⁹

¶ Item hic innouatur ſtatutum quondā recolende memorie wyckboldi archiepi Coloñ de nō reſidētibꝰ in eccleſijs ꝓchialibus et de illis qui ſunt maioris etatis. incipiēs. Itē cū ſꝫ ius. ꝛc. Et mandat venerabilis dñs officialis ſingulis chriſtianitatū decanis vt infra vnius menſis ſpatiū proxime ſequens noīa illoꝝ nō reſidentiū et qui minoris ſunt etatis eidē veñ. dño officiali iuxta tenorē eiuſdem ſtatuti tradant aut remittāt. Alioquin. ꝛc.

¶ Item exhortatur et mādat idē venerabilis dñs officialis oībus et ſingulis eccleſiarum ꝓchialium et capellaꝝ rectoribꝰ ſupdictis vt ipi deinceps fieri faciant et ꝓcurent ꝙ qñ fit eleuatio corporis chri in ſūma miſſa ſiue feſtiuis diebus ſiue feriatis fiat cōpulſatio maiorū cāpane in eccleſijs eorundē cū tribꝰ tactibus in finē ꝙ extra eccleſiā vel in cāpis exiſtentes ꝑ hoc ad deuotionē magis attrahantur. ꝛc.

¶ Inſuꝑ quia alias in vltima ſynodo de ſpeciali mādato reuerēdiſſimi domini nr̄i archiepi Coloñ fuit innouatū et publicatū quoddā ſtatutū quondā recolende memorie dñi Frederici. ꝛc. incipiens. Ut his qui in duabus eccleſijs. ꝛc. Et fuit tūc illud ſtatutū ſuſpenſum ad mediū ānū. in finē et vnuſquiſq₃ ſua bñficia ꝑmutaē ac alias ſe diſponē poſſꝫ et ex eo tacitum et tolleratū. Sed quia ex hmōi tollerātia diuinꝰ diminuit cultus. Et vt in futurū omnis vagationis ſubtrahatur occaſio. Ideo mandat idem reuerendiſſimꝰ dñs nr̄ archiepſ Coloñ oībus et ſingulis beneficiatis in ciuitate et dioceſi Coloñ vt vnicuiq₃ coꝝ vt infra hinc et totū menſem Maij proxime futurum vnuſquiſq₃ coꝝ ſibi et cōmoditati ſue prouideat. Et ne poſt hmōi mēſem Maij elapſum contra tenorē hmōi ſtatuti aliquas pñtias in duabus eccleſijs vna die recipiat.

¶ Inſuꝑ idem reuerēdiſſimus dñs nr̄ mādat ſingulis decanis et capitulis ſub pena ſuſpenſionis a diuinis vt poſt huiuſmodi menſem Maij lapſum pretactū ſtatutum in eoꝝ eccleſijs obſeruēt et obſeruari faciāt. Inhibendo etiā ſub excōicatiōis pena omnibus et ſingulis preſentiarijs et pñtiarum et ſemellaꝝ diſtributoribus. ne ipi poſt lapſum pretacti menſis Maij alicui cōtra tenorem hmōi ſtatuti aliquas pñtias ſiue diſtributiones pñtiaꝝ vel ſemellarum tribuant vel aſſignent. Alioquin.

¶ Item inhibet idem venerabilis dñs officialis omnibus et ſingulis conſeruatoribus quoꝝcūq₃ iuriū et priuilegiorum ne ipi contra ſubditos reuerēdiſſimi domini noſtri archiepi Coloñ niſi cōſtiterit ipis ꝙ illi ſubditi citandi vel vocandi nō vellent ſtare iuri coram ordinario et ibidem in iuſtitia reſpondere aliqua mandata decernant vel emittāt. Inhibet etiam notarijs corā huiuſmodi conſeruatoribus ſcribentibus ſub pena excōicationis et priuationis officiorum ſuoꝝ que in curia Coloñ obtinēt ne ipi contra huiuſmodi ſubditos aliq̄ mandata preſertim monitiones generales ſcribere audeant niſi conſtito ꝙ huiuſmodi ſubditi recuſant ſtare iuri et in iuſtitia reſpondere coram ordinario.

¶ Item inhibet idē veñ. dñs officialis ſingulis eccleſiaꝝ ꝓchialiū et capellaꝝ rectoribus ac alijs preſbyteris et nōrijs ciuitatis et dioceſ. Coloñ ſub ſilibus penis ne ipi aliq̄ mādata quoꝝcūq₃ cōſeruatoꝝ cōtra ſubditos reuerēdiſſimi dñi nr̄i archiepi Coloñ exequāt niſi ꝑmo ⁊ āñ oia eis cōſtiterit ꝙ ꝑdicti ſubditi nolunt ſtare iuri corā ordinario.

¶ Itē mādat idē veñ. dñs officiał. vniuerſis et ſingulis eccleſiaꝝ paſtoribus Ceteriſq₃ diuinoꝝ rectoribus ſub excōicatiōis et ſuſpēſiōis a diuinis penis

vt infra duoꝝ mēſiū ſpatiū poſt inſinua
tionē p̄miſſoꝝ ipis et cuilibꝫ eoꝝ factis
ſerā et clauē recluſorij ſacramēti eucha
riſtie ſibi procurēt et quilibꝫ reſpectiue
procuret adeo et in tātū ꝙ cāpanarij ec/
cleſiarū ſuarū et capellarū ſolū acceſſuꝫ
et apturā nō habeant.

¶ Itē mādat idē venerabilis dn̄s offi/
cialis ſub ſilibus penis oībus et ſingu/
lis chriſtianitatū decaīs et alijs q̄b⁹ op⁹
eſt vt ipi iā in p̄n̄ti ſynodo publicata et
p̄nūciata et eoꝝ copias recipiāt ⁊ ſuis
in capl'is p ipis ſeruādis publicēt ac q̄/
libꝫ eorū paſtorib⁹ ꝑochialiū eccleſiarū
et capellaꝝ rectorib⁹ ſui decanat⁹ fideli
ter inſinuet et publicet.

¶ Itē mādat idē venerabilis dn̄s offi/
cialis ſup̄dictis paſtoribus plebanis et
viceplebanis vt ſingulis ānis q̄ttuor tē
porib⁹ dieb⁹ dn̄icis vel feſtiuis bullam
iouiſſancte et karolinā in p̄cedentibus
ſynodis diuerſis vicib⁹ publicatas aut
eaꝝ effectū ꝑp'o publicēt de ambone cū
auiſamēto penaꝝ inibi contentaꝝ.

¶ Item inhibet idem venerabilis dn̄s
officialis eiſdē eccleſiarū et capellaruꝫ
rectoribus ſub eadē pena Ne ipi quecꝗ
in eoꝝ eccleſijs et capellis ī altario por
tatili abſqꝫ notabili neceſſitate miſſam
celebrare p̄mittāt ſine ſpeciali licētia re/
uerēdiſſimi dn̄i nr̄i archiepi Colon̄ aut
eius in ſp̄ualib⁹ vicarij. ꝛc.

Item inhibet idem venerabilis dn̄s of
ficialis ſingulis paſtoribus plebanis et
viceplebanis ciuitatis et dioceſ Colon̄
Ne ipi tp̄e diuinorū aliquos mendican̄
ꝓpter turbationē diuinoꝝ ad petendum
elemoſynas admittant. Et ꝙ ipi paſto/
res ſuis ꝑochianis inhibeāt. ne tp̄e di
uinorū in eccleſijs eorū elemoſynas tri/
buāt ne diuina ꝑturbentur et deuoti in
ſuis deuotiōib⁹ et orōnib⁹ impediant.

Mendicantibus ſub diuinis in eccleſijs nihil tribuendum

¶ Item mādat idē venerabilis dn̄s of/
ficialis oībus et ſingulis chriſtianitatuꝫ
decanis dioceſ Colon̄ vt ipi paſtorib⁹
ſiue diuinoꝝ rectorib⁹ ſingulaꝝ eccleſia/
ruꝫ ꝑochialiū tā cōuentualiū q̄ꝫ aliarū
eccleſiarū eiuſdē dioceſ mādent ſub ex/
cōicationis penis. Ad cōſcribēdū noīa
et cognoīa paſtorū et vicariorū in eccle
ſijs eorū ꝑſonaliter reſidentiū et nō re/
ſidentiū ac titulos bn̄ficioꝝ et officioꝝ
in eorūdē eccleſijs cū noīb⁹ et cognoī/
bus et noīa defunctorū hmōi bn̄ficiato
ruꝫ et officiatorū ac valoreꝫ illoꝝ infra
hinc et proximā ſynodū futuram hmōi
eidem dn̄o officiali aut fiſco eiuſdē per
ipos deſcripta notificādū et in ſcriptis
ſingula p̄miſſa ſignificādū ſub penis p̄e
expreſſis.

¶ Item inhibet venerabilis dn̄s offici
alis oībus et ſingulis paſtoribus capel/
lanis et vicecuratis ſub pēa viginti flo
renorū ſuꝑiorū pro vna ꝓcuratori fiſca/
li reuerēdiſſimi dn̄i nr̄i archiepi Colon̄
et pro reliq̄ medietatibus dicte fabrice
applicanda. Ne aliqueꝫ queſtionarioꝝuꝫ
aut elemoſynā ad quecūqꝫ vſum peten
tem in eatuꝫ eccleſijs admittāt aut cau
ſam eiuſdem de ambone promoueāt niſi
prius viderint lr̄as dicti ven̄. dn̄i offi/
cialis ſigneto ſuo ſignatas ⁊ ſigillo Cu/
rie Colon̄ ſigillatas ⁊ manu mḡri fabri/
ce eccleſie Colon̄ ꝓpria ſubſcriptas.

¶ Auiſant etiā ſup̄dicti paſtores capel
lani et vicecurati atqꝫ monētur ſub pe
na excōicationis ne de pecunia ex peti/
tionibus ſancti petri prouueniente ſibi
vltra q̄rtā p̄tē ipis pro ſuis labore et ſo
licitudine deputatā et aſſignatā ſiue fi/
ant petitiōes p̄dicte ꝓ fabrica in die de
dicationis eccleſiarū ſiue alijs feſtiuita/
tibus reſeruare aut imburſare p̄ſumant
Sed reſeruata ſibi q̄rta p̄te earūdē ob
lationuꝫ reſiduas tres p̄tes fidelit̄ ve/
nerabili dn̄o Vdalrico mḡro fab̄ce aut
eiuſdē fabrice collectori rep̄ntent.

¶ Item quia aliqui paſtores ſiue eccle/
ſiarum rectores in eorũ eccleſijs ponũt
quãq̃ viceecuratos ſiue capellanos q̇ an/
te finem anni a tpe aſſumptionis eorun
dẽ cõputando ſe ad alia loca diuertũt.
nec petitiões ſancti petri per ipos pro/
rata tpis ſubleuatas ſicut debẽt et tenẽ/
tur preſentare curãt. Ex quo fabrica ec/
cleſie Coloñ nõ modicũ in dies patit̃ de/
trimentum. ideoq̃ auiſant̃ dicti paſtoẽs
q̃ de cetero ipi de ſic leuatis et nõ ſolu/
tis petitionibus reſpondere habebunt
et in euentum predictũ venerabilis do
minus magiſter fabrice ãndictus ⁊ eius
collector contra eoſdem cum mandatis
ad hoc oportunis procedere intendit.

¶ Item quia certi paſtores et viceecu/
rati petitiones ſancti petri in eccleſijs
eoꝝ obueiẽtes male pſoluũt aut ſi forte
ſoluũt tñ diminute et in ſumma minori
debito id faciunt. Ideoq̃ mandat vene
rabilis dñs officialis vt in illis eccle/
ſijs de quarum rectoribus ſiue viceecu/
ratis talis habetur ſuſpicio dñs decanꝰ
ruralis loci illiꝰ vna cũ dño collectore
fabrice poſſint aliquẽ viruʒ eccleſiaſti/
cum aut aliũ honeſtum et probatum lai
cum deputare qui aſſignata paſtori ſiue
viceecurato ſua quarta portione reſidu/
as tres ptes in vſum fabrice colligẽdo
et reſeruando mgr̃o fabrice aut eiꝰ col/
lectori ſuo tpe illas fideliter pñtent.

¶ Iteʒ mãdatur etiã oĩbus et ſingulis
paſtoribus vt de petitionibus ſancti pe
tri nulli vicarioꝝ ſeu altariſtarũ ſuaruʒ
eccleſiaruʒ dent preſentias. niſi dũtaxat
his quibus antiquitus preſentie tales
ſolite ſunt preſtari et qui paſtoribus in
ipo tpe quo petitiones pro fabrica ꝓpo
nũtur cooperari ſolent atq̃ aſſiſtere nec
cãpanarijs vltra vnũ ſolidũ Coloñ pro
ſua pñtia paſtores tpe quo fit petitio ſol
uere ſint aſtricti niſi in q̃tuor feſtiuitati
bus principalioribus qui tũc eiſdẽ vnũ
albũ Coloñ aſſignare poterũt aut am/
plius ſm̃ exigentiã et valorẽ eccleſiarũ
aut oblationũ receptarum.

¶ Itẽ mãdat idẽ venerabilis dñs offi/
cialis oĩbus et ſingulis paſtoribus ⁊ vi
ceecuratis q̃tenꝰ in capitulis ſuorũ deca
natuũ ſtatutis tpibꝰ obſeruãdis ſe pſo/
naliter repreſentent ſub pena vniꝰ ſcu/
tati wilhelmi pro vna fiſco reuerẽdiſſi
mi dñi nr̃i archiepi Coloñ et ꝓ alia me/
dietatibus decano et capitulo rurali ſꝫ
quibus degũt irremiſſibiliter exigenda
applicãdi. Niſi rõnabilis cauſa quã etiã
teneãt̃ tũc decano et capitulo ꝑ ſcripta
aut alias legitime ꝑ certũ nũciũ ad hoc
miſſum allegare ipos excuſet et tunc in
caſu ꝑdicto expeñ pro qualibʒ pſona ſol
ui cõſuetas decano ⁊ capitulo loci trãſ/
mittere teneantur.

¶ Inſuꝑ quia deuenit ad aures vene/
rabilis dñi officialis antedicti. q̃ nõnul/
li plebani ⁊ viceplebani ſuis ꝓchiaĩs
ipis in certis debit. obligatis etiã in ex
tremis conſtitutis denegãt et recuſant
eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrarẽ niſi p/
mo et ante oĩa ipi debitores ſibi de hu/
iuſmodi debitis ſatiſfecerĩt et hoc abſq̃
aliquo mãdato ſuoꝝ ſupioꝝ. Hinc ẽ q̃
idẽ venerabilis dñs officialis inhibʒ e/
iſdẽ plebanis et viceplebanis ſub pena
ſuſpenſionis a diuinis et excõicationis
late ſnĩe ne ipi de cetero talia vel ſilia
attentare audeant. ſed q̃ hmõi ſuis de/
bitis nõ obſtañ chr̃ifidelibꝰ cõfeſſis et
contritis. ac alijs habilibus et idoneis
tpibus debitis et oportunis ſacramẽta
eccleſiaſtica ncãrio miniſtrent. Alioq̇n.

¶ Itẽ inhibʒ idẽ venerabilis dñs offi/
cialis vniuerſis et ſingulis eccleſiarum
ꝓchialiũ et capellarũ rectoribꝰ ꝑ ciui/
tatẽ et dioceſiʒ Coloñ vbilibʒ cõſtitut.
ne ipi aliquẽ terminarioꝝ fratrũ eorun
dem termino lapſo ſiue expirato ⁊ poſt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eorundem terminum ad petendum ele/
moſynas in ꝑochijs eoꝝ admittāt. ſed
termino eorum lapſo iidem terminarij
redibunt ad eorum conuentus.
¶ Itē mandat idē venerabilis dñs of/
ficialis ꝙ vnuſquiſq; paſtoꝝ ſeu vices
eoꝝ gerētiū ꝑ ciuitatē et dioceſiz Coloñ
vbilibz cōſtitutoꝝ habeat regiſtrū excō
municatoꝝ In quo ſinguli ꝑochiani ex
cōicati diligēter inſcribant. in finē ꝙ cō
ſtare poterit illos fore excōicatos et de
nūciatos. et illud regiſtrū capellani vel
vices gerentes ſemꝑ apud eccleſiam et
ſucceſſores eorum dimittant.
¶ Item innouat idez venerabilis dñs
officialis Coloñ oīa et ſingula ſtatuta ꝓ
uincialia et ſynodalia huius inſignis ec
cleſie Colonienſis et p̄ſertim in prece/
dente ſyñodo ſepius publicata et nunc
publicanda et deſignanda. ꝛc.

## Bulla ſactiſſimi do/
mini noſtri Innocentij pape octaui cō/
dēnatoria libelli noningētaꝝ ꝯcluſionū
Io. pyci. Mirādulani cōcordie comitis

**Innocentius** Eps ſeruus ſuoꝝ dei ad
futurā rei mēoriā. Etſi ex iniuncto no/
bis licz inſufficientib⁹ meritis deſuper
aplice ſeruitutis officio hoīm quorūli/
bz aīaruz ſaluti cōſulere teneamur. pro/
penſiori tñ cura ad ea inuigilare debe/
mus que vel diuine maieſtati aut inte/
gritati catholice religionis et fidei ſine
qua deo placere nō poſſum⁹ cōperiunt
aduerſa. Nuꝑ ſiqdez cū dilect⁹ fili⁹ no/
bilis vir Johannes pycus cōcordie co/
mes Noningētas cōcluſiōes variaꝝ fa
cultatū publice affigi et in diuerſis locl
publicis alme vrbis in q̄ cum rhomana
curia reſidem⁹ de alijs mundi ꝑtib⁹ pu/
blicari feciſſet. offerēs ſe vt morl. eſt cō/
tenta in illis in publicis deſuꝑ habēdis
diſputationib⁹ in eadē curia ſuſtentare
et a nōnullis zelū fidei habētib⁹ aſſerēt
nōnullas ex eiſdē cōcluſionib⁹ p̄fate fi/
dei ꝯrias. erroneas. ſcādaloſas et male
ſonātes ac de ñ ſana doctrina ſuſpectas
eſſe. ⁊ exinde multoꝝ fideliū mētes plu
rimū ſcādalizari. et diuinā maieſtatē ac
religionis chriſtiane dec⁹. apliceq; ſedis
honorē nō paꝝ ledi. Nos tūc integrita
ti fidei cōſulere et ſcādalis hmōi obuia
re volētes Venerabili frī Johāni epo
Tornaceñ dom⁹ nr̄e mgr̄o. de cui⁹ moꝝ
integritate. lraꝝ ſciā et zelo religiōis
plurimū cōfidimus. cōmiſimus et mani
dauim⁹ vt vocatis nōnullis tūc exp̄ſſis
venerabilibus frībus nr̄is epis et alijs
ſacre theologie ac vtriuſq; iuris ꝓfeſ/
ſoribus ad id a nobis ſpēaliter nolatis
in dicta curia degentib⁹ ac p̄fato comi/
te. cōtenta in dictis cōcluſionib⁹ ꝑ eos
mature examinari ⁊ diſcuti faceret ⁊ an
aliq̄ ex illis ex vi vboꝝ a fide catholica
diſſonare aut hereſim ſapere ſeu dubie
et ancipites eſſe et ad erroneū ſenſuz in
fide trahi facile poſſe cōperirent. et ex/
plicato ꝑius q̄d captioſa vboꝝ cōgeries
ꝓtēderet cōcordē eorūdē epoꝝ et ꝓfeſ/
ſoꝝ determinationem nobis referret vt
habita hmōi relatiōe fideli deſuꝑ opor/
tune ꝓuidere poſſem⁹ ꝓut in q̄buſdam
lrīs nr̄is in forma breuis pleni⁹ cōtine
tur. Poſtmodū vero tā Tornaceñ q̄ꝫ ꝑ
illū cōuocati de nr̄o mādato epi theolo
gie ꝓfeſſores ac vtriuſq; iuris doctores
p̄fati poſt diutinā et diligentē diſcuſſio/
nē et ſepius. tum p̄ñte tum abſente dcō
comite reiteratū nōnūq; etiā in nr̄a p̄ñ/
tia accuratū et laudabile examē dictarū
cōcluſionū et ꝯtētoꝝ in eis nobis ꝯcor/
dit retulerūt nōnullas ex cōcluſiōibus
p̄dictis tā ſcḋm ꝓꝑiā eiuſdē comitis q̄ꝫ a/
lioꝝ opiōnē hēticas aut hēſim ſapiētes
aliq̄s ſcādaloſas piarūq; auriū offenſi/
uas. pleraſq; etiā renouātes errores gē/
tiliū phoꝝ iādudū abolitos et obſole/
tos. ac alias ꝑfidiā iudeoꝝ fouētes. nec/
nō cōplures q̄ ſub q̄dā fuco phie nālis

hōneſtare nituntur artes. quaſdaꝫ fidei
catholice et hūano generi inimicas a ſa
cris canoib⁹ et doctrinis catholicoꝝ do
ctoꝝ acerrime dānatas ꝓpoſitiōes. Nos
igit̄ q̄ redēptoris nr̄i locū tenem⁹ in ter
ris circa gregis ſui cuſtodiā in aīarū ſa/
lutē iugis cogitatiōis attētiōe intendē
ſubmouēdo noxia et ꝓfutura miſtrādo
debem⁹. ne ꝓpoſitiōes p̄dicte male ⁊ ꝯ̄ fi
dē ſonātes corda fideliū dānabilit̄ cor/
rūpāt ꝓuidē volentes vt debem⁹ et q̄m̄
ꝓlixū et oporoſuꝫ eſſet ī ſpecie et ſigillati
p̄ntib⁹ inſerē oēs illas ꝯcluſiōes ⁊ ꝓpo
ſitiōes ꝑ eos mgr̄alit̄ dānatas cū cauſ
dānationis eaꝝ. Jdcirco de cōſilio vene
rabiliū frm̄ nr̄oꝝ ſcē rhomane eccleſie
cardinaliū libelluꝫ noningētaꝝ cōcluſi/
onū p̄dictaꝝ q̄uis aliq̄s cōtineat catho
licas ac veras ꝓpt̄ admixtionē tn̄ p̄di/
ctarū dānabiliū aſſertionū auc̄te ap̄lica
p̄ntiū tenore dānam⁹ et reprobamus. et
inſup ne illi⁹ lectio ꝯtinuare valeat ſcā/
dalū vt p̄miſim⁹ generatū ⁊ in futuꝝ ad
aliud forſan maius inducat ſub excōica
tiōis pēa ipo facto incurrēda oīb⁹ chr̄i
fidelib⁹ ne illū de cetero legere. ſcribē.
aut imp̄mē. ſeu legi ſcribi aut imp̄mi fa/
cere. vel alijs legentib⁹ audire quoq̄ mō
p̄ſumāt dicta auc̄te inhibem⁹. et illū de/
ſcriptū vel impreſſuꝫ nūc et pro tp̄e hn̄/
tib⁹ vt illū cōburere infra triduū a die
habite notitie p̄ntiū ſub eadē pēa dicta
auc̄te mādam⁹. Prefatū āt comiteꝫ q̄m̄
ꝑ̄dictas cōcluſiōes gr̄a tantū ſcolaſtice
diſceptationis ⁊ ſub ap̄lice ſedis corre/
ctione vt aſſerebat publicauit et poſuit
et tandē eaſdē tales eſſe habēdas ꝓfeſ/
ſus eſt q̄les iudicant̄ ꝑ nos et profeſſo/
res p̄dictos quoꝝ iudiciū in hac p̄te vt
p̄mittit̄ auc̄te ap̄lica approbam⁹. Et etiā
q̄ iureiurādo promiſit nullo tp̄e ſe ta/
lia defenſurū. nullā ob p̄miſſa incurriſſe
ſiniſtre excōicationis notā p̄ſata auc̄te
decernim⁹ ⁊ declaram⁹. Et inſup q̄ diff
ficile foret p̄ntes lr̄as ad ſingulas cita/
tes et dioceſes fideliuꝫ deferre. Volu/
m⁹ et apoſtolica auctoritate decernim⁹
q̄ earūdeꝫ lr̄arū trāſſumpto ſigillo ali/
cuius p̄lati eccleſiaſtici munito et manu
publici notarij ſubſcripto plena vbiq̄
fides adhibeat̄ ꝓut adhiberet̄ ipis ori/
ginalib⁹ lr̄is ſi forent exhibite vel oſten
ſe. mandātes locoꝝ ordinarijs ad quoꝝ
notitiā p̄ntes lr̄e ſeu trāſſumpta auten
tica ꝑuenerit vt p̄miſſa ꝑ eoꝝ ciuitates
et dioceſes in eccleſijs intra miſſarū ſo/
lēnia faciāt publicari ne quiſpiā valeat
de eis ignorantiā allegare. et tam eis q̄
heretice prauitatis inq̄ſitorib⁹ vt ſi (quod
abſit) cōtingat eundē comitē ꝯ̄ eius cō/
feſſionē et iuramentū aliquid in poſteꝝ
attētare ⁊ alios quoſcūq̄ mādatis nr̄is
hmōi nō obtēperare. q̄ iuxta canonicas
ſanctiōes ⁊ ſanctoꝝ patrū decreta in he
reticos ſtatuta eorū incūbūt officio exe
qui nō omittant. Contradictores ꝑ cen
ſuram eccleſiaſticā appellatione poſtpoſi
ta cōpeſcendo. Nō obſtātib⁹ ſi aliquib⁹
cōiter vel diuiſim a ſede apoſtolica in/
dultū exiſtat q̄ interdici ſuſpēdi vel ex/
cōicari nō poſſint ꝑ lr̄as ap̄licas nō fa/
cientes plenā et expreſſam ac de v̄bo ad
v̄bū de indulto hmōi mētionē. Nulli ḡ
oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e dāna/
tionis reprobationis inhibitionis man
dati approbationis conſtitutionis decla
rationis decreti ⁊ volūtatis infringere
vel ei auſu temerario contrarie. Si q̄s
aūt hoc attentare preſumpſerit indigna
tionē oīpotentis dei ac beatoruꝫ petri
et pauli ap̄loꝝ eius ſe nouerit incurſu/
rum. Datum rhome apud ſanctum Pe
trum. Anno incarnationis dn̄ice Mil/
leſimo. quadringenteſimo. octuageſimo/
ſeptimo. pridie nonas Auguſti. Ponti/
ficatus noſtri anno tertio.

## Bulla ſāctiſſimi do/mini noſtri Jnnocentij contra impreſſo/res librorū reprobatoruꝫ.

Innocentius Eps ſeruus ſuoꝝ dei ad
ꝑpetuã rei memoriã Int multiplices
nr̃e ſolicitudĩs curas illã in p̃mis ſuſci/
pere pro nr̃o paſtorali officio debemus
vt q̃ ſalubria et laudabilia ac catholice
fidei conſona et bonis morib' cõformia
nr̃o tp̃e oriunt̃ nõ ſolũ cõſeruent̃ ⁊ au/
geant̃ verũctiã ad poſteros propagent̃
et q̃ ꝑnicioſa et dãnabilia et ipia ſũt ſuc/
cidant̃ et radicit' extirpent̃ nec pullula
re vſq̃ ſinant̃, ea in agro dñico et vinea
dñi ſabaoth dũtaxat conſeri ꝑmittendo
q̃b' fideliũ mentes paſci ſpũalit̃ poſſint,
eradicata zizania et oleaſtri ſterilitate
ſucciſa. Attendẽtes igit̃ ꝙ quẽadmodũ
hũano generi plurimũ cõferre dinoſci/
tur vt ea q̃ ad bonas artes et probatos
mores ꝑtinent diuulgentur ⁊ ad hoĩm
notitiã tã p̃ntiũ q̃ eoꝝ q̃ futuri ſunt de
ducant̃ qđ maxime fieri ſolet beneficio
lr̃aꝝ q̃b' ipe vtutes q̃ſi alligate ad vſuz
abſentiũ ꝑiter futuroꝝ deducũtur cõſer
uãtur et ꝓpagãt̃. ita ꝑnicioſuz et maxĩe
eidẽ hũano generi inimicũ cenſeri dʒ ſi
ea q̃ noxia ſunt et ſanis doctrinis hone/
ſtiſq̃ morib' ⁊ in p̃mis orthodoxe reli/
gioni cõperiunt̃ aduerſa publicẽt̃ ⁊ mi/
niſterio lr̃arũ ad notitiã plurimoꝝ extẽ
dant̃. Quẽadmodũ eni bonũ q̃nto vni/
uerſalius tãto vtili' diuinius ⁊ maius.
ita et malũ q̃nto ãplius et copioſius tã/
to deterius abhominabiliuſq̃ arbitrari
dʒ maxĩe ꝙ hũane fragilitatis cogitati/
ones ꝓniores reperiunt̃ ad malũ q̃ ad
bonũ. Hinc ẽ ꝙ ſicut ars ĩpreſſoria lr̃a/
ruz vtiliſſima habet̃ ad faciliorẽ multi/
plicationẽ libroꝝ ꝓbatorũ ⁊ vtiliũ. ita
plurimũ dãnoſuz foret ſi illius artifices
ea arte ꝑuerſe vterẽt̃ paſſim imp̃mẽdo
q̃ ꝑnicioſa ſunt. Debẽt igit̃ impreſſores
ipi merito cõpeſci oportunis remedijs
vt ab eoꝝ ĩpreſſione deſiſtãt q̃ fidei ca/
tholice ꝯ̃ria fore noſcũt̃ vel aduerſa aut
in mẽtib' fideliũ p̃nt veriſimiliter ſcãdalũ
generare. Et ea ꝓpter nos q̃ illius locũ
tenem' in terris q̃ ad illuminãdũ hoĩm
mẽtes ⁊ errorũ tenebras extminãdũ de
ſcendit e celis. Cum fideli relatione in/
tellexerimus artificio dicte artis pluri/
mos libros atq̃ tractat' in diuerſis mũ
di ꝑtibus fuiſſe impreſſos in ſe varios
errores ac ꝑnicioſa dogmata etiã ſacre
chriſtiane religioni inimica continen/
tes et indies etiã paſſim imprimi. hmõi
deteſtãde labi occurrere cupientes vt
ex cõmiſſo deſuꝑ paſtorali officio tene/
mur. Omnib' et ſingulis dicte artis im
preſſorib' et illoꝝ obſequijs quõlibz in
ſiſtẽtibus ⁊ ſe circa eorum imprimendi
artem quoquomõ exercentibus tam in
rhomana curia q̃ in reliquis Italie. ger
manie. Francie. Hiſpaniaruz Anglie ⁊
Scotie. aliarũq̃ nationũ q̃rũlibz chr̃ia
noꝝ Ciuitatibus. terris. caſtris. villis ⁊
locis alijs degẽtib' ſub excõicatiõis la
te ſnĩe pẽa ipo facto incurrenda et mul/
cta pecuniaria ꝑ locoꝝ ordinarios ꝓco
rum arbitrio exigenda auctẽ ap̃lica p̃n/
tiuz tenore diſtricte p̃cipiendo inhibe/
mus. ne de cetero libros tractatus aut
ſcripturas qualeſcunq̃ imprimere aut
imprimi facere p̃ſumant niſi conſultis
prius ſuꝑ hoc in dicta curia mgr̃o ſacri
palatij ſeu in eius abſentia ipius vices
gerenti et extra eã locorũ ordinarijs et
eoꝝ ſpeciali et expreſſa impetrata licen
tia gratis concedẽda quorũ cõſcientias
oneramus vt anteq̃ hmõi licentiã con
cedant imprimenda diligenter exami/
nẽt ſiue a peritis et catholicis examina
ri faciant et procurent ac diligenter ad
uertant ne quid imprimatur qđ ortho/
doxe fidei contrariuz impiũ et ſcanda/
loſum exiſtat. Et ꝙ parũ eſſet aduerſus
futuras impreſſiones ꝓuidere niſi q̃ iã
fore noſcunt̃ erronea impia et ſcãdalo/
ſa ſupprimãtur. eiſdẽ ordinarijs et mgr̃o
mãdam' auctẽ p̃dicta vt videlz mgr̃ ſa/
cri palatij in p̃fata curia et ordinarij p̃/
fati extra illã in ſuis ciuitatib' et dioce
ſibus moneãt et requirant auctẽ nr̃a oẽs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

⁊ ſingulos impreſſores ac ꝑſonas alias cuiuſcũq ſtatus gradus conditiõis vel ꝓeminẽtie exiſtãt. q̃ten⁹ oĩa ⁊ ſingula in uẽtaria librorũ et tractatuũ quorũcũq impreſſoꝝ ordinarijs et mgr̃o reſpectiue ꝓdictis oĩ fraude et dolo ceſſantib⁹ in/fra terminũ eorũ arbitrio ꝓfigendũ co/rã eis reſpectiue p̃ñtent et conſignẽt ac libros et tractat⁹ impreſſos in q̃b⁹ ꝑ or/dinariũ et mgr̃m ꝓdictos aut eoꝝ ſingu los in aliq̃ fidei catholice ꝯ̃ria impia ad uerſa ſcãdaloſa aut male ſonãtia cõtine ri iudicatũ ſiue declaratum fuerit ſił̃r p̃ñtent et conſignent ſub ſił̃i excõicatio/nis late ſententie et eoꝝ arbitrio exigẽ da pecuniaria pena vt ꝓfertur incurren da ſtudeãt ſic ĩpreſſos etiã alias ꝓut ex/pedire putauerint ad eos deferri et de/latos cõburi facere. Et ne quiſpiã illos ligare vel tenere ꝓ̃ſumat ſub ſilib⁹ cẽſu ris et penis auc͂te nr̃a prohibere. Nec omittãt diligent̃ inquirere q̃b⁹ ꝓcuran tibus tales libri impreſſi fuerint qua ve de cauſa illud ꝓcurauerint in fidei ca/tholice quã ꝓ̃ſtent̃ detrimentũ. Et an ꝓcurãtes ipi de aliq̃ hereſi ſuſpecti ſint Contradictores ꝑ cenſurã eccleſiaſticaꝫ appellatione poſtpoſita cõpeſcẽdo. In/uocato etiaꝫ ad h̃ ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. cui vt diligẽtius opẽ ferat medietatẽ pene pecuniarie quã ex egerit applicam⁹. Nõ obſtãtib⁹ conſti/tutionibus et ordinationib⁹ aplicis cõ/trarijs q̃buſcũq ſeu impreſſorib⁹ et eoꝝ obſequijs inſiſtentib⁹ ſeq in eoꝝ artifi/cio exercentib⁹ et imprimi ꝓcurantib⁹ et ſolicitãtib⁹ ꝓ̃fatis vel q̃buſuis alijs cõiter vel diuiſim a ſede aplica indultũ exiſtat ꝙ interdici ſuſpendi vel excõica ri nõ poſſint ꝑ lr̃as aplicas nõ faciẽtes plenã et expreſſam ac de ṽbo ad ṽbũ de indulto hmõi mentionẽ. Et quia diffici le foret p̃ñtes lr̃as ad ſingula loca in q̃/bus chriſti nomẽ colit̃ deferre volum⁹ et aplica auc͂te decernim⁹ ꝙ eaꝝ trãſſũ/pto auctentico ſigillo alicui⁹ ꝑlati eccle/ſiaſtici et nõrij inde rogati ſubſcriptiõe munito eadẽ prorſus fides vbiq adhu/beat̃ in iudicio et ex̃ que adhiberet̃ p̃ñ/tibus originalib⁹ lr̃is ſi eſſent exhibite vel oſtẽſe. hortamur propterea eoſdem ordinarios et mgr̃m ſacri palatij vt ze/lum fidei et ſalutẽ aĩaꝝ pre oculis habẽ tes in p̃miſſis ita ſe diligẽtes et ſoller/tes exhibeant ꝙ eis a deo perennis vi/te premiũ et a nobis condigna ꝓueniat actio gratiarũ. Nulli ergo oĩno hoĩm li ceat hãc paginã nr̃e inhibitionis onera tionis mãdati cõſtitutionis volũtatis ⁊ hortationis infringere vel ei auſu teme rario ꝯ̃ire. Si q̇s ãt hoc attẽtare ꝓ̃ſum pſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ac be atorũ petri et pauli aploꝝ eius. ſe noue rit incurſurũ. Datũ rhome apud ſanctũ petruꝫ. Anno incarnatiõis dñice. Mil/leſimo quadringenteſimo octuageſimo/ſeptimo. decimoquinto kalendas decẽ/bris. pontificatus nr̃i ãno quarto.

## Sequuntur adhuc

ſtatuta diuerſa diuerſoꝝ archiepõꝝ Co/loñ. Et p̃mo ſtatuta q̃dã ꝓuincialia dñi Herici archiepi Coloñ. q̃ꝝ capl̃a ſũt h̃.
De reuocatiõe ſtatutoꝝ ꝯ̃ libertatẽ ec/cleſiaſticã factoꝝ. ❡ De occiſorib⁹ mutilatoribus ⁊ captiuatorib⁹ clericoꝝ.
Ne q̇s laic⁹ exactiones eccleſijs iponat
De inuaſorib⁹ occupatorib⁹ et detẽtori bus rerũ et bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ.
De occupantib⁹ bona eccleſiaꝝ ⁊ eccle/ſiaſticaꝝ ꝑſonaꝝ et legata fabrice eccle/ſie Coloñ. ❡ De vita et honeſtate clericorum. ❡ De vicarijs quo ad verſus et lectiones in matutinis.
De etate preſbyterorũ ordinãdorum
De cõcubinarijs cleric̄. ❡ Dꝫ cleric̄. publica emẽda et p̃ñia nõ ſit iponẽda.
Dꝫ niſi ordinati ad ſacros ordĩes legant eplãs vel euãgelia. ❡ Dꝫ null⁹ eccle/ſiã curatã teneat. niſi a dioceſano vel ar chidiacono inſtituat̃. ❡ Dꝫ prouiſi de

beneficijs auc͞te apoſtolica, ſe faciãt iux
formã ꝓuiſiõis ordinari. ¶ Q fruct⁹
canonicoꝝ ſuſpẽſoꝝ decedentiũ cedant
ad vtilitatẽ eccleſie et nõ ſucceſſoribus
ſuſpenſoꝝ. ¶ Q cleric⁹ nõ leget con
cubinis ſuis vel ſpurijs ãnũ grẽ ſue.
De cãpanarijs ꝙ ſint lr̃ati. ¶ Q de/
cani et plebani locoꝝ examinẽt ornamẽ
ta eccleſie. Q fruct⁹ canonicoꝝ ſuſpẽ
ſoꝝ cedãt caplis. Q eccleſia vel cemi
teriũ nõ ꝯſecrent̃ niſi de dotatione lo/
ci dioceſano cõſtiterit. ¶ Q ꝓchia/
ni nõ niſi a ſuo plebano cõionez recipi/
ant. ¶ Q nõ fiãt impcationes nec cã
tet̃. Media vita. ꝯ aliq̃s ꝑſonas.
De mr̃imonijs clãdeſtinis. Q ãnus
dñi de cetero in natiuitate dñi obſerue/
tur vel innouet̃. De tabelliõibus.
De ſacramẽtis ¶ Q plebanis nõ
deneget̃ chryſma vel oleum ſacrum.
De ſtatu religioſoꝝ ¶ De monachis
et monialib⁹. Itẽ de eiſdem. Itẽ ad/
huc de eiſdẽ. Itẽ q̃rto de eiſdem.

# Statuta reuerendi

in chr̃o pr̃is ac dñi. dñi hẽrici ſancte Co
loñ eccleſie archiepi ſacri imperij ꝑ Ita/
liã archicãcellarij. ꝛc.

D honorem ſancte et indiuidue
trinitatis. pr̃is et filij et ſpũſſan
cti. ac glorioſe ꝟginis marie. at/
q; ſancti petri ac oĩm ſanctoꝝ. Nos hẽ/
ricus dei grã archieps Coloñ. Cupien/
tes in hoc cõcilio nr̃o ꝓuīciali de mã/
dato ſpẽali ſanctiſſimi in chr̃o pr̃is ac do
mini nr̃i Clemẽtis ſacroſancte rhoma/
ne eccleſie ſummi põtificis indicto de ca
pituli ac prelatorum nr̃orum cõſilio et
aſſenſu ꝑ infraſcripta ſtatuta nr̃a oĩbus
paterna ſolicitudine prouidere. vt qui/
es eccleſijs et eccleſiaſticis ꝑſonis pro/
curetur. ⁊ pacis ꝑturbatores a ſuis de/
lictis pene formidine arceantur. infra/
ſcriptas cõſtitutiones obſeruãdas ꝑpet
tuo in pñtiarũ duxim⁹ ꝓmulgãdas.

De reuocatione ſtatutoꝝ contra li/
bertatem eccleſiaſticã factorum.

N pͥmis cũ ad decus et decorez
eccleſie nihil magis expediat q̃
vt expurgatis erroribus et ſta/
tutis iniquis ſublatis. plena quiete vi/
geat et ſecura gaudeat libertate. ꝓcepta
ſacroꝝ canonũ imitãtes oĩa ſtatuta. pa/
cta et ordinatiões cõtra libertatẽ eccle/
ſiarum et eccleſiaſticaruz ꝑſonarũ edita
ſeu editas. dãnamus reprobamus ⁊ caſ/
ſamus. et irrita ſeu irritas nunciamus.
Mãdantes vniuerſis nr̃e dioceſis ⁊ ꝓ/
uincie ſubditis. vt ea a locis ſuis infra
menſem a notificatione pñtiũ faciãt pe/
nitus aboleri. et locoꝝ plebani moneãt
ſubditos diebus dominicis et feſtiuis
nominatiz. alias in genere. quos in his
culpabiles ſciuerĩt. vt q̃tenus hmõi de
facto ſtatuta de facto reuocẽt. alias eos
ad id ꝑ excõicationis ſniaz volumus co
artari. veꝝ ꝙ intellexim⁹ ꝙ in nõnullis
locis laici nõ contenti de ꝓpria ipoꝝ in
deuotione et maliuolentia. ĩmo et alios
chr̃ifideles a ſua deuotiõe et bonis opi/
bus retrahere moliũt̃ ſtatuerũt et ſtatu
unt ſub certa cõſpiratiõe et cõfederati/
one. ne q̃s de cetero eccleſijs eccleſiaſti/
cis ſeu religioſis ꝑſonis. bona. p̃dia. di/
ſtrict⁹. iura et dña aliq̃ vẽdat. leget aut
donet. vl' quouis titulo in eos trãſferat
vel in nuptijs aut exequijs mortuorum
aut alias ſacerdotib⁹ ꝓchialiũ eccleſi/
arum et aliarũ nõ offerãt niſi ſub certo
nũero ꝑſonaꝝ et certo tp̃e miſſe. ſeu int
ſe taxãt q̃d q̃lib; offerre debeat. Cõtra
riũz facientibus penas pecuniarias in/
fligendo. Et quia hec obuiãt directe ec/
cleſiaſtice libertati. cõſpirationes. colli/
gationes. et ordinationes hmõi ſeu fe/
dera et pacta. et deinceps ſi cõtigerit fa
cienda decernim⁹ nõ tenere. nec aliquẽ
fore vel eſſe debere ad eorũdẽ obſeruã/
tiã obligatũ. ¶ Itẽ ſtatuta et cõſuetu/
dines a laicis cuiuſcũq; ſtat⁹ aut cõditi

onis exiſtāt introducta ſeu introductas
ſup eo ꝙ dicti laici antiquaꝝ decimarū
occaſione ꝗs in aliquibꝰ ꝓrochijs vel lar
gitione principū. aut donatione alioruꝫ
ſeu alia de cauſa ꝑcipiūt decimas noua/
liū in terris ꝓprijs quibuſlibꝫ ꝓrochijs
obuenientes occupāt. attrahūt. vel ſibi
vēdicāt. Reuocamꝰ et caſſamꝰ ſtatuen
tes et ꝑcipientes vt ꝑfati laici et ꝗcūꝗ
alij ab occupatione. detentiōe vel vſur
patione earundem decimarum noualiū
poſtꝗ ad agrū regium ꝑuenerint ſeu ꝑ/
uenīunt penitus deſiſtant. et de ablatis
ſatiſfaciāt tā nobis ꝗ eccleſijs eccleſiaſti
ciſꝗ ꝑſonis. ꝗbus ipe decime noualium
de iure cōpetere dinoſcunt. eaſdem deci
mas nobis et eccleſijs ad que ꝑtinēt de
cetero poſſidēdas pacifice relinquētes

De occiſoribus, mutilatoribus et ca/
ptiuatoribus clericorum.

Item ſtatutū venerabilis quōdā Engil
berti Colon̄ archiepi ꝑdeceſſoris nr̄i ꝯ
iniectores manuū in clericos eccleſiaſti/
cas ve ꝑſonas olim ꝑ ipm̄ editū cū pene
maioris adiectione cōtra captiuatores
clericorum obſeruari volentes. Statui
mus vt cū ſacrilegi qui ſuadente diabo
lo dei timore poſtpoſito manus iniȷciāt
in clericū vel alias ꝑſonas eccleſiaſticas
et religioſas temere violētas et ex hoc
incidunt excommunicationis ſenten/
tiam canonis iam prolati ꝙ occiſores
mutilatores et ꝑcuſſores atrociter cle/
ricoꝝ et eccleſiaſticarū ꝑſonaꝝ. et cleri/
cos capientes et in captiuitate detinen
tes. ſeu ꝑ captiuitatē aliquā pecuniā ab
eis extorquentes ſeu taliū receptatores
et defenſores ꝓpter hoc auc̄te canonis
late ſententie excōicati cū oībus opam
et cōſiliū ad ꝓmiſſa adhibentibus ꝑ oēs
eccleſias dioceſ in ꝗ hmōi ꝑpetrāt. ꝑ de
canos eccleſiaꝝ. rectores ⁊ preſbyteros
ꝗpmum̄ ipis hoc ꝑ famā publicā vel rei
euidentiā vel ꝑ fidē duaꝝ fidedignaruꝫ
ꝑſonaꝝ ipis faciendā. aut ꝑ mādatū ſeu
ſn̄iaꝫ iudicis cōſtiterit cāpanis pulſatis
et cādelis accēſis noīatiꝫ quoꝝ noīa ſci
ri poterūt. alias in genere excōicati pu
blice nuncient et artius euitandi donec
ſatiſfecerint de cōmiſſis debite abſolu/
tionis bn̄ficiū meruerīt obtinere. Pre/
terea in aggrauationē pene hmōi male/
factoꝝ Statuimꝰ vt oīs locꝰ ad quē ta
les excōicati venerīt vel ipos clericos
deduxerint ꝗdiu ipi captiuatores ⁊ ca/
ptiuati ibidē fuerīt. et poſt tres dies pꝰ
coꝝ inde receſſuꝫ necnō locꝰ in quo ta/
lis violentia facta fuerit quē ꝗdē locuꝫ
ſeu eccleſiā aut eccleſias in his ſcriptis
eccleſiaſtico ſupponimꝰ interdicto et in/
terdicti teneāt. Et ſi hmōi ſacrilegi ſeu
malefactores principes nobiles ſeu ba/
rones fuerint terraꝫ iuridictiones di/
ſtrictū munitiōes ſeu caſtra habuerīt et
infra tres menſes a tp̄e ꝑpetrati delicti
etiā captiuatis dimiſſis nō ſatiſfecerint
de delicto ex tūc tota terra et diſtrictus
coꝝ quos poſt lapſuꝫ dictoꝝ triū mēſiū
ſili mō int̄dicimꝰ eccleſiaſtico ipo facto
ſit ſuppoſita interdicto. Si āt alij fue/
rint ꝗ nobiles et terraꝝ dn̄i tūc ipi dn̄i
terre in quoꝝ diſtrictibꝰ manēt et domi
ciliū hn̄t ſacrilegi an̄dicti vel vbi tā e/
norme ſcelꝰ cōmiſſuꝫ extiterit infra xv.
dies poſtꝗ de delicto hmōi conſtiterit ꝑ
famā publicā vel euidētiā facti vel ꝑ de
nūciatione decani ſeu preſbyteri quā ab
ipo decano ſeu preſbytero loci fieri ꝑci/
pimus ſub pena excōicationis ꝗ cito ꝑ
famā querimoniā alicuiꝰ rei euidētiam
aut alio mō ipis cōſtiterit ꝑfatos ſacri/
legos tales habeāt ꝑ detētionē ꝑſonaꝝ
ſuaꝝ et ꝓuationē bonoꝝ ſuoꝝ vt libera
to captiuo deo eccleſie et leſo emēdā ꝑ/
ſtent de cōmiſſis. Si ꝟo dicti dn̄i terra
rū ꝑfatos ſacrilegos habere nequerint
nec bona ſub eis habuerint. ſꝫ alios cum
manere in coꝝ diſtrictibꝰ conſueuerint
procedant per proſcriptionem contra
eas. de terra ſua ipos expellendo . et

per iuſtitiā ſeu iudices ſuos id fieri mā/
dent et ꝓcurent. alias ſtatuimꝰ ꝙ extūc
ipi dn̄i terre. et eoꝝ iudices. et alij ꝑ q̊s
regit̄ iuriſdictio ſecularis excōicatiōis
ſniāz incurrāt ipo facto. Et ſi ꝑ quidenā
dictā excōicationē aīmo ſuſtinuerint in
durato. ex tūc tota terra eoꝝ eccleſiaſti/
co ſit ſuppoſita interdicto. Preterea ne
ꝑ mutationē locoꝝ p̄fati ſacrilegi hmōi
poſſint maliciā palliare. volumꝰ ꝙ ſi ipi
ſacrilegi de vna dioceſi ad aliam in nr̄a
ꝓuincia ſe trāſferāt vel captiuos predi
ctos deduxerint ꝙ ad reqſitionē dioce/
ſani in cuiꝰ dioceſi hec ꝑpetrata ſunt. vl'
eiꝰ official' ſeu amicoꝝ captiuatoꝝ ſeu
captiuati facta ordinario loci ſeu dioce/
ſano alteriꝰ ad quā ſe ſic trāſtulerit fide
ꝑ mādatū ſeu iuramentū de p̄miſſis. ſta/
tuta eadē in omni forma q̄ ſup̄ dicitur
inibi obſeruētur. Si vero dn̄i terraruꝫ
vel alij nobiles et iuriſdictiones tpales
habentes fuerint malefactores anꝫdicti
capellani coꝝ ſi quos habent ꝙ̄ primuꝫ
ſciuerint dn̄os ſuos clericum captiuaſſe
detinere in munitionibus aut dominijs
ſuis vel capi mādaſſe vel aliquid aliud
de p̄miſſis feciſſe amodo corā ipis non
celebrent diuina. ſed vt de delicto com/
miſſo infra quindecim dies ſatiſfaciant
ipos āmoneant diligenter. alioquin ex
tunc de eis et manſionibus eoꝝ recedāt
nec eis communicent. Contrarium faci
entes quos in his ſcriptis ex tunc ex/
cōmunicamus excōmunicatos volumꝰ
nunciari. Et ſi contra hec diuinis ſe im/
miſcuerint. notā irregularitatis inciden
do et in ea ꝑmanſerint ꝑ annū vnū ani/
mo indurato. ipos extunc a beneficijs
eccleſiaſticis que in diocesibus in quibꝰ
manēt obtinēt. ipo facto decernimꝰ pri/
uatos eē et eoſdem ipis beneficijs ꝓua/
mus ꝑ p̄ntes iniungentes beneficioꝝ
patronis ꝙ ex tūc alijs ꝑſonis idoneis
beneficia hmōi conferant. de quibꝰ ijdē
ſunt priuati. alioquin termino iuris ela
pſo ptās conferendi dicta beneficia ad
ſupiorem deuoluatur. Si vero dicti ir/
regulares beneficia nō habēt in dioceſi
bꝰ in quibꝰ manēt ipos ab eiſdeꝫ dioceſi
ꝑpetuo eliminamus et amouemus ipos
etiā ſi bene ꝑ importunitatē ſuā abſolu/
tionem obtinerent. de cetero ad aliqua
officia vel beneficia eccleſiaſtica nulla/
tenus admiſſuros.

¶ Preterea ſi captiuās clericū vel re/
ligioſum. vel detinens. ac ſacrilegꝰ hu/
iuſmodi penis vilipenſis congrua ſatiſ/
factione neglecta ꝑ ānū vnū in excōica
tione hmōi ꝑdurare aīmo preſumpſerit
obſtinato. Statuimus vt nulli de filia/
bus filijs fratribus et ſororibus filijs ⁊
filialibus vſqꝫ ad tertiū gradū incluſiue
linea deſcendēte vel illi etiā q̄ ad capti/
uitatē hmōi opem vel oꝑam impende/
rint vel captiuuꝫ clericū in ſuis vincu/
lis detinuerīt. ad ordines ſeu beneficia
aut etiam prelaturas in noſtra dioceſi.
ſeu alia in qua hec fecerint admitantur
cū ex delicto parentū ipo facto inabiles
reddantur ad huiuſmodi conſequenda
Statuentes et mādantes examinatoꝝ
bus clericoꝝ capl'is. conuentibus. patro
nis et archidiaconis ac prelatis vt nul/
lum ex talibus ad ordines admittāt. Ca
pitulum vero et conuentus nullum ex
eis ad prebendas eligant. Patroni nul
lum ex ipis preſentent. Archidiaconi et
ꝑlati tales non inueſtiant vllo modo
Alioquin capitula et conuentus. pꝛoni
et archidiaconi ac prelati ipo facto ius
ſuū amittāt ⁊ ea vice ad proximū ſupio
reꝫ deuoluat̄. Et nihilominꝰ taliū ꝑſo/
naꝝ receptio inueſtitura ⁊ admiſſio ſit
irrita ipo facto. nec ipis ius q̄rat̄ in be/
neficijs ſic adeptis. Feoda et ſi q̄ p̄dicti
ſacrilegi ab eccleſijs vel eccleſiaſticis ꝑ/
ſonis tenuerint poſt lapſuꝫ āni ꝑ quē ex
cōicationē ſuſtinuerīt ad eccleſias ⁊ ꝑ/
ſonas eccleſiaſticas libere reuertantur.
ita vt ſi ipi ſacrilegi vltra ſe de hmōi fe
odis ingeſſerint. cōtra eos tāqꝫ contra
inuaſores eccleſie procedat̄.

¶ Vez cū futuris periculis ſit maturl.
remedijs obuiandū ne poſt vulneratā
cāz ad remediū difficilius in bonis re/
curraṫ. de clericis clericos capientibus
aut capi mādātib⁹ aut ſup̄ eccleſiā ſe ho
ſtib⁹ eccleſie aſſociātib⁹ eccleſias inua/
dentib⁹ vt ꝯ̄ ſacrilegos hmōi ꝑfectius
quo poterit ꝓcedaṫ. Statuim⁹ vt ſi qui
clerici et p̄lati bn̄ficiati cuiuſcūqꝫ digni
tatis ſtat⁹ aut cōditionis exiſtant bono
ope ſpūalis reiecto in tā p̄ſumptuoſam
et deteſtabilē ꝓfunditatez malorū dila/
buṅt. ꝙ clericos religioſas ve ꝑſonas
capiunt vulnerāt et detinent captiua/
tos aut ꝯ̄ eccleſias ſuas cathedrales ā
alias quaꝝ p̄lati canonici vel rectores
exiſtūt cū hoſtib⁹ ipaꝝ eccleſiaꝝ ſe cōfe
derant. vel in acie hoſtiū ꝯ̄ ſuos dioceſa
nos et eccleſias armati cōparēt. archi/
epos et epos et eccleſias ſuas et colle/
gia ſeu capl'a vel bona earūdē rapiunt
vl' rapi faciūt aut mādāt. detinēt vel de
tineri mādāt ſeu arreſtari ꝓcurāt ꝑ ab/
uſum et iudiciū potētie ſecularis. dum
hec vel coꝝ aliqd̄ ꝑ euidentiaz facti vel
ſceleris ꝑpetrati. aut ꝑ cōfeſſionē ꝓpriā
corā duob⁹ teſtib⁹ fidedignis factaz aut
iudicl. ſniaz. vel alio mō legitio liquēt
quos ſalua pena canonis ex tunc vt ex
nūc abſqꝫ alteri⁹ mādati expectatiōe ex
cōicationis ſniaz quā in his ſcriptis ꝓ/
pter hoc tāqꝫ delictū notoriū in eos feri
mus incurrere volum⁹ ipo facto. In q̄
qdē ſnia ſi ꝑ annū vnū ꝑſeuerauerit aīo
indurato. cū tāto grauī⁹ clerici cuiuſcū/
qꝫ ſtat⁹ dignitatis aut cōditiōis exiſtāt
hmōi cōmittētes ſint puniēdi q̄nto hec
ſunt in ipis magis deteſtāda et tāqꝫ in/
grati. cū āt eccleſias ꝓprias inuaſerint.
dignitates ꝑſonat⁹ et bn̄ficia ſua amittē
debeāt ſeu ea demeruerit. ex tūc poſt la/
pſuz āni abſqꝫ iudicis ſnīa. dignitatibus
beneficijs ꝑſonatib⁹ et oīb⁹ que in dio
ceſi in qua p̄miſſa vel coꝝ aliqd̄ cōmiſe
rint hn̄t ⁊ obtinēt. ꝟtute et auc̄te pn̄tis
cōcilij nr̄i ipo facto ſint priuati. q̄s etiaz
ex cauſis premiſſis priuam⁹ eiſdē abſqꝫ
ſpe reſtitutiōis ad ipa ꝓpṫ atrocitatem
criminis in hoc caſu. Mādātes vt de ipis
dignitatib⁹ ꝑſonatib⁹ et beneficijs ꝑ il/
los ad quos hoc ſpectat ex tunc ordine
tur. et conferātur ꝑſonis alijs infra tp̄s
iuris. alioquin eorum collatio ad ſupio/
rem deuoluaṫ. Et ſi antedicti clerici ſic
p̄uati nō obſtāte ꝙ forſan de facto digni
tates et beneficia habent adhuc detinēt
et patroni de ipis negligunt ordinare.
poſt hec ſe ingeſſerint dignitatibus ꝑſo
natibus et bn̄ficijs eiſdez fructus ſuos
nō faciāt. nec act⁹ coꝝ capitulares cuiqꝫ
ſuffragiū preſtent vel afferant nocumē
tū. Clericos vero hmōi committentes
nō beneficiatos ex tūc vt ex nūc exclu/
di volumus et inabiles exiſtere ad di/
gnitates ꝑſonat⁹ officia et beneficia q̄/
libꝫ in dioceſi. in q̄ talia ꝑpetrauerint.

Ne q̄s laic⁹ exactiōes eccleſijs iponat.

Tē monem⁹ oēs nobiles. terra
ruꝫ dn̄os. ſcabinos. cōſules. iu/
dices ſeculares et vniuerſitates
ac alios laicos cuiuſcūqꝫ ſtat⁹ exiſtāt ne
de cetero occaſione aduocatiaꝝ q̄s qdā
ex eis ſup̄ bō eccl'iaſtica hn̄t. vel q̄cūqꝫ
alio noīe vl' coloē ad h̄ q̄ſito tallias col
lcās exactiōes petitiōes aſſiſias ꝯtribu
tiōes ſuitia indebita ⁊ vlṫ q̄ ius aduo
catie iuṫ ſcabinoꝝ ſnīaz vbi aduōti ſūt
ꝑmittit. ipis eccleſijs eccl'iaſticl. ve ꝑſoīs
hoībus. mancipijs et bonis earundem
imponant vel imponere exigere aut re
cipere p̄ſumāt vel quo min⁹ bona eccle
ſiaſtica colātur et ipe eccleſie eiſdem pa/
cifice fruanṫ ꝑ arreſtationē vel prohibi
tionez aut alias ꝓhibeāt ne bona eccle
ſiarum colāt. vel hoīes ſuos dū in expe
ditionibus ſuis vadūt vel alio mō ꝓce
dunt in grāgijs et curtibus earundē ec
cleſiaꝝ et mōſterioꝝ ponāt. alias ꝯ̄ ipos
volum⁹ ꝓcedi ꝑ ſnīaz excōmunicatiōis
quouſqꝫ ſatiſfaciāt de cō miſſis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De inuaſoribus occupatoribus et detentoribus rerũ et bonorũ eccleſiaſticoꝝ

Item ſtatutũ predeceſſoris nr̃i Engilberti quõdã Coloñ archiepi. qđ ſic incipit. Itẽ ad reprimẽdã importunã p̃ſumptionez raptorũ predonũ et inuaſoꝝ bonoꝝ et reruz eccleſiaruz. ꝛc. Innouãtes ex nũc de ꝟbo ad verbuz ꝓut in codez cõtinet. volum⁹ et p̃cipim⁹ firmiter obſeruari. Siliter et ſtatuta eiuſdẽ nr̃i p̃deceſſoris Engilberti de effractorib⁹ et incẽdiarijs eccleſiarũ. qđ ſic incipit. Itẽ contra incendiarios et effractores eccleſiaruz et monaſteriorũ ip̃o facto ſint excõicati. ꝛc. ꝓut in eodẽ ſtatuto continet innouãtes volum⁹ ꝛ p̃cipim⁹ obſeruari

De occupantibus bona eccleſiarum et eccleſiaſticarũ ꝑſonarum et legata fabrice eccleſie Colonienſis.

Item nõnulli taz clerici q̃ȝ laici vtriuſqȝ ſexus hoĩes bona mobilia vel immobilia ad eccleſias monaſteria. vel alia pia loca. necnon ad dignitates. ꝑſonatus. et beneficia ptinẽtia. vel ad fabricam Colonienſem. et aliarum eccleſiarum legata ſeu bona illicite acquiſita ipi fabrice cedentia. aut tacite vel expreſſe. occupent et detineant minus iuſte in fraudem eccleſiarum et monaſteriorum ac alioꝝ predictoꝝ. Nos coꝝ in hac pte fraudibus obuiare volentes Statuimus et precipimus vt quicũqȝ cuiuſcunqȝ ſtatus aut conditionis exiſtãt in p̃nti vel pro tp̃e hmõi bona ꝛ legata ac illicite acquiſita eccleſijs prelatis et clericis ſcientibus vel ignorantibus ſub ſe habuerint infra menſez a preſentis ſtatuti publicatiõe ea que ad p̃ns apud eos ſunt et ſe habere ſciunt. vel q̃cunqȝ tempore dñ innotuerit ipis ſe bona conſimilia tenere vel occupare ſimiliter infra menſem eiſdez fabrice noſtre Colonienſi et eccleſijs monaſterijs prelatis eccleſiarum rectoribus aut alijs locis pijs reſtituant atqȝ reddãt. alias ad id ex tunc per excommunicationis ſententiã cõpellantur.

De vita et honeſtate clericorum.

Item ſtatutum bone memorie Sifridi quõdã Coloñ archiepi p̃deceſſoris nr̃i int̃ alia ſtatuta ſua de vita ꝛ honeſtate clericoꝝ editum qđ ſic incipit. Ex ꝯcilio generali ſtatuimus et p̃cipimus vt vniuerſi clerici cõtinenter et caſte viuant. ꝛc. Innouantes p̃cipimus firmiter obſeruari.

De vicarijs quo ad ꝟſus ꝛ lectiões in matutinis.

Item intelleximus ꝙ quãqȝ in quibuſdam eccleſijs vicarij aliq̃ aſtricti ſint ſuas ſeptimanas ſeruare celebrãdo miſſas in p̃ncipali ſeu ſummo altari et ceteras horas quaſcũqȝ. lectiones tñ in matutinis legere vel ꝟſus cãtare in eiſdez eccleſijs de cõſuetudine ꝓhibent. ꝓpter q̃ occaſione canonicoꝝ abſentiũ cõtingit interdũ in eiſdẽ eccleſijs negligẽtias fieri. et matutinas cũ cãtu p̃eit⁹ p̃termitti. Attẽdẽtes igit̃ abſurdũ eẽ ꝙ maiora et ſolẽniora vt ẽ dictũ ipis vicarijs permittant̃ vtpote miſſaꝝ celebratio in ſummo altari et minima denegent̃. ad tollendã negligẽtiã hmõi p̃cipim⁹ decanis vt ipi vicarijs eiſdẽ deinceps iniũgãt ꝟſ⁹ cãtare et lectiones legẽ ꝓut viderit expedire. Eos q̃ ipis in h̃ nõ paruerint ſicut in ceteris corrigẽdo ſalua correctiõe ꝯ canoĩcos q̃ ĩ p̃miſſis fuerit negligẽtes

De etate preſbyteroꝝ ordinãdoꝝ.

Itẽ ſtatuim⁹ vt null⁹ cleric⁹ ſecularis ad ſacerdotij gradũ niſi. xxv. annũ etatis ſue attigerit aliaſqȝ ad hoc idone⁹ extiterit ordinet̃ vt leuitate iuuenili q̃ ꝓna ẽ ad delictũ trãſcurſa ſacerdotes in agẽdis diſcretionẽ habeãt ſuo ſtatui cõgruentẽ.

De cõcubinarijs clericis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tem quãq̃ plures canones et
ſtatuta edita ſint ſup̱ cõtinentia
clericali. quia tñ natura pna eſt
et labilis contra cõtinentiã eandẽ vt q̃
libz clericus ſaltem pene grauioris for/
midine strictius ſe cõtineat. Statuim⁹
vt nullus clericus et ſpecialiter qlibet
preſbyter cõcubinã nec in domo ſua vł
extra publice teneat aut habeat cui ne/
ceſſaria adminiſtret. alioquin a diuinis
nouerit ſe ſuſpenſum et a talibus ſuſpẽ
ſis nullus diuina audiat. nec pro capel/
lanis nec ſocijs eos teneat. Contrariũ
facientes vt deſiſtãt p̱ excõicatiõis ſen/
tentiã arceãtur. ſimilis penis p̱ bone me
morie Conradũ archiepm̃ Colonienſez
p̄deceſſorem nr̃m cõtra concubinarios
et concubinas hmõi inſtitutis. Qui ṽo
relaxatis volũtatũ habenis in lacũ mi/
ſerie et in lutũ fecis ſe immergũt. vt ſa/
lutis eterne coronaz. et honeſtatis nor/
mã et ſacrarũ ṽginũ pudicitiã violare
p̄ſumpſerit cuiuſcũq̃ʒ regule vel habit⁹
monialiũ tales extiterint ꝓpter tã flagi
cioſum crimẽ. ſi carnis cõmerciũ teme/
rariuz fuerit ſubſecutũ excõicatiõis ſnĩa
quã in his ſcriptis ferimus ſe nouerint
innodatos. Moniales ṽo que hmõi cri/
men flagicioſuz p̄perrauerint nullaten⁹
deinceps ad officiũ aliquod in monaſte
rio admittanł. ſed in ſignuz iniquitatis
ſue ſalua pena cõtra tales moniales ꝑ/
ut hec in cõcilio veñ. p̄ris dñi Conradi
portueñ. et ſancte Rufine epi oliz aplĩ/
ce ſedis p̱ alemãniã legati ſunt ꝓmulga
ta. talił a ſuis ſup̱iorib⁹ corrigant ꝙ ea
ruz correctio alijs terrorem incutiat ea
amplius cõmittendi.

De clericis publica emenda et peni/
tentia nõ ſit imponenda.

Tem cũ clericis publica emẽda et pe/
nitẽtia ſit ꝓhibita. ſtatuim⁹ vt in nulla
eccleſiaꝝ nr̃e ciuitatis dioceſ et ꝓuĩcie
aliqua emẽda ſeu penitẽtia publica ipo
natur cũ ex talibus infames reddãtur.

Clericis nō est penitentia publica
imponenda ex qua infames reddãtur

ſicut in aliquib⁹ eccleſijs intellerimus
obſeruatũ. Videlicz ꝙ canonici et cle/
rici alij ante cruces in ꝓceſſionib⁹ et in
choro dieb⁹ q̃bus ceteri in albis proce/
dunt in nigris cappis circueunt et ince/
dunt in publico et in facie laicoꝝ. qđ de
cetero in ṽtute ſancte obedientie fieri
ꝓhibem⁹. ſed ſup̱iores eorum iuxta qua
litatem delicti penitentias ipis clericis
imponant ſuo ordini congruentes. ſi ſe/
cus actum fuerit decernimus ipos cle/
ricos ad hmõi emẽdas publicas non te
neri.

De non niſi ordinati ad ſacros ordi/
nes legant eplãs vel euãgelia.

Tem ſtatuimus vt nõ niſi ordina
ti legitime ad ſacros ordĩes eplãs
vel euãgelia legãt induti veſtimẽtis ſa/
cris cum id obuiet canonicis inſtitutis
Cõtrarium faciẽtes a ſuis decanis pu/
niantur.

De nullus eccleſiã curatã teneat niſi
a diaconis vel archidiaconis inſtituał.

Tez ſtatuimus ꝙ nullus eccleſi
am curatã de cetero teneat vel
regendã recipiat. aut ſuſceptaz
tenere p̄ſumat niſi a nobis vel archidia
cono et eorum vices gerentibus quib⁹
hoc de iure vel conſuetudine cõpetere
dinoſcił de eadez fuerit legitĩe inſtitut⁹
cũ alias non habeat claues ligandi vel
ſoluendi. Cõtrariũ faciẽs niſi dictã ec/
cleſiã dimittat monitione viginti dierũ
p̄miſſa ex nũc excõicationis ſnĩaz quam
in ipm in his ſcriptł. ferim⁹ incidat ipo
facto. nec plebs ſibi obediat vel intẽdat

De ꝓuiſi de bñficijs auctẽ aplĩca ſe fa/
ciant iuxta formã ꝓuiſiõis ordinari.

Tẽ ſtatuimus vt quibus in nr̃a
ciuitate eſt de beneficijs eccleſi/
aſticis auctoritate aplĩca ꝓuiſuz
ſic ꝙ ad ea ꝓut onus beneficioꝝ corũdẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

requirit promoueri teneantur ſe faciāt
iuxta formā ꝓuiſionis eorūdez ad dicta
beneficia promoueri. alioquin ea vaca/
re decernimus ⁊ eorūdē collationē de/
uolui ad ſupiorē. vt ꝑ ipſos infra tpˢ iu
ris de pſonis alijs ordinet. Et ſi contra
hec clerici hmōi fructus eorūdē benefi/
ciorum pceperint. illos ſuos nō faciant
nec ipſis miniſtrent. qđ in virtute ſancte
obedientie duximus iniūgenduz.

Vt fructus canonicoꝝ ſuſpenſoꝝ dece/
dentiū cedant ad vtilitatē eccleſie et nō
ſucceſſoribus ſuſpenſoꝝ.

Tez ſtatuimus vt ſi qui canonici ſuſpē
ſi deceſſerint ꝙ ꝓpter hoc eccleſie annis
grē et eoꝝ fructibus poſt obituz cuiuſ/
libz ex cōſuetudine currētibꝰ nō frau/
dentur. ſed ipſis eccleſijs et nō ſucceſſori
bus ſuſpenſoꝝ cedāt pro redditibꝰ ꝑpe/
tuis cōꝑandis ad cōez vtilitatē eccleſia
rū ne eccleſie ipē ex alieno delicto iactu
ram ſentiāt in hoc caſu.

Vt cleric9 nō leget cōcubinis ſuis vel
ſpurijs annū grē ſue. ⁊c.

Tē nullus ānis grē abutens fructꝰ an
noꝝ ſuoꝝ ſpurijs vel cōcubinis ſuis le/
get aut donet. Cōtrariū faciens eccleſi/
aſtica careat ſepultura. et legatum hmōi
nō teneat in hoc caſu. ſed cedat eccleſie
a qua proceſſit. ¶ Itē vicarij eccleſiarū
collegiataꝝ vel aliarum eccleſiarum ad
ordinē quē onus beneficiorū ſuorū req̄
rit a tpe ſuſceptorū beneficiorū ꝓmoue
ant et pſonaliter reſideāt in eiſdē. alias
eiſdem vicarijs ſeu beneficijs ſi nō pro/
moueant nec pſonaliter eas deſeruierint
ipo facto poſt lapſuz anni iuris impedi/
mento ceſſante ſint priuati et collatores
earūdez vicariarū ſeu capellaniarum de
ipſis pſonis alijs id facientibus ſtudeāt
prouidere. Ibi dē de vicarijs iā exiſten
tibus volumus obſeruari. ne votū chri/
fideliuz qui hmōi vicarias pro remedio
anime ſue. vel pro cultu diuino āplian/
do inſtituerunt et dotauerunt eaſdem ꝑ
taliū nō promotoꝝ et nō deſeruientium
negligentiā defraudetur.

De cāpanarijs ꝙ ſint lrāti.

Tez preſbyteri ſub albis cami/
ſias habeant. et cāpanarij quos
lrātos ſempꝑ aſſumi volumus vt
ſaltez in reſponſionibꝰ cōibꝰ preſbytero
valeāt reſpondere. Siliter tpe diuinoꝝ
camiſijs mundis et albis ſint induti ne
quotidianis veſtimentis ſuis in ſuo of/
ficio adminiſtrent indecenter. alias ꝑ lo
corum decanos et plebanos ad ſui offi/
cij exercitiuz nullatenus admittant. qđ
ipſis decanis ⁊ plebanis in ꝟtute ſancte
obedientie duximus iniungendū.

Vt decani et plebani locoruz examinēt
ornamenta eccleſie.

Tem decani et plebani exami/
nent libros et ornamēta nc̄aria
ad diuinū cultū in eccleſijs ſibi
ſubiectis et vbi neceſſe fuerit ꝑ cōſerua
tores dicte eccleſie et ꝑrochianos infra
menſem poſt ammonitionez eorundem
ſuppleri faciant. In rebelles excōmuni/
cationis ſententiā promulgando.

Vt fructus canonicorum ſuſpenſorum
cedant capitulis.

Tem ſtatuimus vt fructus ca/
nonicorum ſuſpenſorum durāte
ſuſpenſiōe eorūdē. cedāt capl'is
ad cōmunes vſus eccleſiaꝝ ſuaꝝ ꝓut in
eccleſia nr̄a Coloñ obſeruat cui expedit
in hoc caſu ceteras nr̄e dioceſ et proui/
cie eccleſias conformari. ne ipſi canonici
eoſdez fructus ſic ſuſpenſi ꝑ aliq̄s alias
pſonas ſingulares vendicantes ſibi ex
aliq̄ cōſuetudīe imo potius corruptela

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſis cōpetere recuꝑent. et ꝑ cōſequens ad frequentationē chori ꝑ ſuſpenſiones hmōi nequeant coartari niſi tūc conſtet ipſas ꝑſonas ſeculares ꝑ dictoꝝ fructuū reſtitutionē dare canonicis ſuſpēſis occaſionē ſuſpenſiōes hmōi nō curādi.

Qđ eccleſia vel cemiteriū nō cōſecrētur niſi de dotatione loci dioceſano conſtiterit.

Tem inhibemus ne aliqua eccleſia vel cemiteriuꝫ niſi dotate de qua dotatione añ oīa nobis ſeu loci dioceſano fideꝫ fieri volumus amodo conſecrētur.

Qđ ꝑrochiani nō niſi a ſuo plebano cōmunionem recipiant.

Tem ſtatuimus vt nullus ꝑrochianus ab alio q̄ꝫ a ſuo vero plebano cōionē recipiat. niſi de hoc ꝓuilegijs autēticis ſit munitus. Contrariū facientes a ꝑceptione corꝑis chr̄i abſtineāt q̊uſqꝫ ipi plebano ſatiffecerint de contemptu.

Qđ nō fiāt imꝓcationes nec cātetur Media vita cōtra aliq̄s ꝑſonas.

Itē ꝓhibemus ne in aliq̄ eccleſiarum nobis ſubiectaꝝ imꝓcationes fiant et decantetur Media vita contra aliquas ꝑſonas niſi de nr̄a licentia ſpeciali. cū nr̄a interſit diſcutere qñ ſint talia facienda.

De matrimonijs clandeſtinis.

Tem ꝓhibemus ne quis matrimonijs clādeſtinis interſit et ꝙ ꝓclamationes fiant vbiqꝫ de mr̄imonijs cōtrahendis Et ſi qui contrariuꝫ fecerint et excōicationis ſniās inciderint abſolutiones taliū nobis ſeu nr̄o officiali ſpecialiter reſeruamus.

Qđ annus dñi de cetero in natiuitate domini obſeruet et innouetur.

Itē ſtatuimus. vt ex nūc de cetero ān⁹ dñi obſuet. ⁊ in natiuitate chr̄i īnouet. quolibꝫ āno ꝓut ſocroſancta rhomana eccleſiā id obſeruat q̄ eſt oīm eccleſiaruꝫ caput et mgr̄a. vt errores et difficultates q̄ꝓpter diuerſitatē inceptionis anni natiuitatis eiuſdē multotiēs euenerūt de cetero euitentur.

De tabellionibus.

Itē ſtatuim⁹ vt tabelliones ſeu notarij publici quotiens alicui appellatiōi ꝓteſtationi aut ꝓuocationi. alijſqꝫ actui in publico faciēdo interfuerint. ꝓuideāt ſibi vt officiali nr̄o ſeu iudici aut alijs coram q̄bus appellat̄ dent ſub eodē contextu copiaꝫ appellationis ſub expēſis appellātis. q̄s appellātib⁹ ſeu ꝓuocantib⁹ et proteſtātib⁹ aliq̄ fieri volumus vt iudex deferat appellationi. necne deliberare valeat ne ipſis iudicibus qui limitatū terminū ſuꝑ hoc a iure habent currat tempus

Item de tabellionibus

Itē cū officiū tabellionat⁹ ſit publicū. ꝓcipim⁹ vt q̄libꝫ tabellio inſtrumēti confecti per ipm infra ſex dies poſtq̄ꝫ ex ꝑte illi⁹ cui⁹ intereſt fuerit req̄ſit⁹. ſub expēſ ꝑtis hoc req̄rentis q̄s ꝑ taxationē curie nr̄e et dioceſani cuiuſlibet taxari volum⁹ copiā ſub ſigillo ſuo det et aſſignet In q̄b⁹ duob⁹ articulis ſi tabelliones negligētes fuerint et de hoc cōſtiterit ꝑ rei euidētiā aut alio mō. ac ipi appellātes ſeu proteſtātes hmōi facere cōtempſerint. ex tūc excōicationis ſententiā incidant. cuius relaxationem nobis ſpecialiter reſeruamus.

De ſacramentis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tem ſtatutum de ſacramentis
pie memorie Sifridi Colonieñ
archiepi predeceſſoris noſtri de
ſeptez ſacramẽtis inter alia ſtatuta ſua
editum.quod incipit. Statuimus vt ba
ptiſmus honorabiliter celebretur Qd
quidem ſtatutuz in omni ſui forma pro
inſtructione ſimplicium clericorum qua
liter in adminiſtratione eorundez ſacra
mentoruz ſe habere debeant volumus
et precipimus obſeruari.

## De plebanis nõ denegetur chryſma vel oleum ſacrum.

Tatuim9 etiaz vt nullis pleba
nis chryſma vel oleuz ſacrũ ab
his qui hec adminiſtrare ſolent
occaſione cuiuſuis petitionis cathedra
tici ſeu ſynodatici nõ ſolute denegetur
vel ſubtrahatᷣ.cuz neceſſariuz ſit in vi/
gilia paſche et alijs temporibus pro re/
nouatiõe fontis baptiſmatis huiuſmo/
di in eccleſijs haberi.ſed ad ſolutionem
predictorum dicti plebani ſi neceſſe fue/
rit vijs alijs cõpellantur ne pꝛochianis
ex alieno delicto ſacramenta predicta
que gratis dari debẽt indebite ſubtra/
hantur.

## De ſtatu religioſorum.

Tem ſtatuimus vt religioſi or/
dinis beati Benedicti abbatis
in craſtino exaltationis ſancte
crucis omni anno celebrent cõcilia ſua
in ciuitatib9 cathedralib9 ⁊ in monaſte/
rijs ſui ordinis ſi qua ſunt in eiſdem.a/
lias in vicino in aliqua eccleſia dicte ci/
uitatis quã ad hoc viderint ſibi aptam.
adquod conciliuz abbates ſingulorum
monaſterioꝝ.quilibz eoruz cũ duobus
monachis veniant et habeant inter ſe
duos ſupioꝛes abbates ordinis ſui dicte
dioceſ.qui procurent ibidem legi regu/
lam beati Benedicti.et prouinciale cõ/
ciliuz bone memorie dñi Conradi Colo
nienſ archiepi predeceſſoris noſtri ſuꝑ
ſtatu et regulari diſciplina dicti ordinis
per ipm olim obſeruatũ.Qd quidem cõ
ciliuz ſic incipit. ¶ In nomine domini
Amen.Cõradus dei gratia ſancte Co/
lonienſ eccleſie archieps.ſaluti et bono
ſtatui oĩm cuiuſcũqꝫ profeſſionis ſeu or/
dinis ſed noſtrorum domeſticorum ma/
xime debitores exiſtentes in domino ſi/
cut in noſtra viſitatione negociuz infor
mationis et correctionis de clericis per
ſtatuta canonica expediuimus compe/
tenter.Ita de monachis ſatagentes id
ipm ſuo modo quo cõpetens fuerit ex/
pedire.In primis ſtatuimus ꝙ omniuz
monaſteriorum nigri habitus monachi
ordinis ſancti Benedicti diuinũ officiũ
in cantando et legendo.ſm ꝙ regula ei
iuſdẽ ſancti Benedicti precipit exequã
tur.et ſic finit.Datum et pronunciatum
Colonie quarto Idus Martij Anno do
mini.M.CC.lx.que etiã ſtatuta ſunt ab
his predeceſſoribus noſtris de obſeruã/
tia regule ibidez legantur. Et ſi qua ꝑ
monaſteriorum dicti ordinis ſtatu ⁊ cor
rectione fratrum rebelliũ ac diuini cul/
tus ordinatione ordinanda ſunt ordi/
nentur.et que ibidem diffinita ſm eorũ
regulam fuerint obſeruentur.Si q̃ ve/
ro monachi rebelles fuerint nec per ab
bates corrigi poſſent.illos nobis vel lo
ci dioceſano volumus preſentari.

## Item de monachis et monialibus.

I qui etiam monichi vel moni
ales beatorum Benedicti et Au
guſtini ordinum ꝓpter ſupioris licentiã
bona mobilia apud ſe vel apud alios in
depoſito negociationis aut alia de cau/
ſa habuerint.illa ſuo ſupiori et conuen/
tui reſignent et eiſdem ad cautelã quo/

libꝫ anno infra quīdenā añ feſtū paſche
intimēt ſpecificent reuelent et demon
ſtrent.et ad manus eiuſdē ſuꝑioris ab/
batis in pñtia cōuētus reſignent peni/
tus atqꝫ tradāt monachi et moniales e/
iuſdē.cōtrarium facientes.ſeu qui bona
hmōi dolo nō deſierint poſſidere. excōi
centur et puniant̄ ſm inde ſtatuta et q̄/
cūqꝫ alij vtriuſqꝫ ſexus hoīes p̄fata bo/
na ſub quis noīe ſub ſe habuerint.quos
niſi eadē bona infra menſem ſibi mō ad
manꝰ ſuꝑioris eiuſdē monachi vel mo/
nialis reportent et reſignent excōicatio
nis volumꝰ ſniaꝫ incurrere eo facto.

Itez de eiſdem.

Tez p̄cipimꝰ et ſtatuimꝰ vt mo
nachi et moniales in ciuitatibꝰ
atqꝫ villis abſqꝫ religionis habi
tu nō diſcurrant. nec nullus monachus
ſeu monialis in pluribꝰ monaſterijs q̄ꝫ
in vno dignitates ꝑſonatꝰ ſeu officia et
p̄bendā obtineat.ſed recepta ſcđa digni
tate ꝑſonatu officio cū p̄bēda. Collator
pme dignitatis ꝑſonatꝰ officij et p̄bēde
prioris eā ſeu eas alij cōferat infra tp̄s
iuris nec monachis vel monialibꝰ p̄di/
ctis tp̄e abſentie ſue fructus cedāt ſuaꝝ
p̄bendarū.quia ſic viderent̄ aliq̄d ꝓprij
poſſidere. Sed monachis ad ſtudenduꝫ
aptis de ſuoꝝ ſuꝑiorū prouidentia po/
terit de neceſſitatibus ꝓuideri.

Item adhuc de eiſdem.

Tē ſtatuēdo ꝓhibemꝰ ne in aliquo mo
naſterio monachoꝝ vel monialiū cuiuſ/
cunqꝫ cōditionis vel regule exiſtant.in
receptione vel admiſſione monachi ſeu
monialis ad ipm ordinē pecunia exigat̄
vel pro receptione talis ꝑſone ad religi
onez.pacta.cōditiones aut cōuētiones
de pecunia vel alia re tp̄ali ipi religioſi
faciāt quis noīe vel colore ad hoc q̄ſito.
qđ ipis oībꝰ et ſingulis in ꝟtute ſancte
obedientie duximus iniūgendum. Sed
id qđ ex poſt facto parētes et amici ꝑſo
ne recepte ꝓ elemoſyna et deuotionis
cauſa abſqꝫ pacto libere cōtulerint reci/
pere valeāt dū tñ id fiat pure et ſimpli/
citer ſine fraude.

Itez quarto de eiſdem:

Eterū ſtatuimꝰ vt moniales ipe
ſub ꝑpetua in ſuis monaſterijs
clauſura maneāt. ac nulli niſi de
illiꝰ ad quez ꝑtinuerit ſpeciali licentia
ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdez
vt ſic a publicis et mūdanis cōſpectibꝰ
ſeparate dño liberius ſeruire valeāt ac
laſciuiendi oportunitate ſublata ipi dño
ieſu chr̄o cui integritatē ſuam ſpōtanea
volūtate deuouerūt corda et opa ſua in
oī ſanctimonia cuſtodiāt iux̄ cōſtitutio/
nē dñi Bonefatij pape. viij. q̄ icipit Pe
riculoſo et deteſtabili q̄rūdā monialiuꝫ
ſtatui.ꝛc.quā in p̄miſſis et alijs in eadez
cōſtitutiōe cōtentis volumꝰ et p̄cipimꝰ
firmit̄ obſeruari. Nulla etiā mulier ſolē
ne votū cōtinētie ꝓmittat q̄ nō elegerit
ſub clauſura certa vel approbata alicuꝰ
ordinis remanere. ne ꝓpter leuitatē ſe/
xus ſi in ſeculo remāſerit ſicut prius cō
tinentie votū diſſoluēs grauius delin/
quat in hoc caſu.niſi ad talē etatē ꝑue/
nerit ꝙ de incōtinētie vicio amodo cō/
tra ipaꝫ ſuſpicio nō habeat̄.

Quia vero ꝑ pñtia ſtatuta nr̄a ꝓuin/
cialia cōmuni vtilitati eccleſiaꝝ et eccle
ſiaſticaꝝ ꝑſonaꝝ ꝓ cōſeruatione liber/
tatis earundez.ac repreſſione ipas inſe/
ſtātiuꝫ vt ſperamꝰ auctore dño ſalubrit̄
ꝓuidet̄ p̄cipimus ⁊ mādamꝰ in virtute
ſancte obediētie. vt ſtatuta nr̄a aboībꝰ
eccleſijs et eccleſiaſticꝭ ꝑſonis nr̄is ſub/
ditis.et in hoc cōcilio nr̄o congregatis
inuiolabiliter fraude et dolo excluſis
firmiter obſeruentur. Alias poſt tres



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

menſes a publicatiõe preſenti ſtatutoꝝ
eorundem volumus venientes contra
ipa ex tunc penas incurrere contentas
in eiſdem. Et ne queq̃ ipa ſtatuta late/
ant vel latere poſſint. Statuim⁹ vt col
legia. capitula conuentus. monaſteria.
decani eccleſiaꝝ rectores et ceteri quoꝝ
intereſt. infra dictos tres menſes a pu/
blicatione ſtatutoꝝ ipoꝝum copiã reci/
piant et ſibi procurent eorundem. alio/
quin ipos qui in hoc culpabiles extite/
rint ex tũc ſuſpendi volumus ab officio
diuinorum. Actum pronunciatum ⁊ da
tum in palatio nr̃o Coloñ pñtibus ve/
nerabilibus patribus Guydone Traie/
ctenſ. Engilberto Oſnaburgeñ. God/
frido Myndeñ. eccleſiaꝝ epis necnõ nũ
cijs ſolẽnibus. Veñ. Theobaldi Leo/
dienſ epi. et capli Monaſterieñ ſede ipa
vacãte ac p̃latis et clero nr̃e ciuitatis
et diocẽſ Coloñ in dicto cõcilio ſolẽnit
congregatis. In craſtino dñice Inuoca
uit. necnõ feria tertia et quarta ſequen/
tibus cõcilio ipo durante. Anno domi/
ni M. ccc. decimo.

# Sequuntur quedã

ſtatuta ſynodalia eiuſdã domini Hen/
rici archiepi. ¶ Et primo De curtibus
non locandis monachis.
De abſentia monachis more canoĩcoꝝ
ſecularium non ſoluenda. Et de non re
cipiendis monachis vel monialib⁹ da/
to precio. ſeu ſub ſpe precij poſt receptio
nem exigendi.

Enricus dei gratia ſancte Co/
lonienſ eccleſie archiepus ſacri
imperij p̱ Italiã archicãcellari⁹.
Dilectis in chr̃o vniuerſis abbatibus
et abbatiſſis. ac eoꝝ cõuẽtib⁹ monacho/
rum et monialiũ nr̃e diocẽſ. ſalutem in
dño. Licꝫ ex iniũcti nobis debito paſto
ralis officij ſup̱ cunctũ nobis gregẽ cõ/
miſſum ne lupus gregẽ inuadat inuigi/
lare pro oĩ nr̃a poſſibilitate ⁊ modis oĩ/
bus teneamur. ſpecialius tñ nobis incũ
bere nõ ambigim⁹ vt ibi nr̃e figam⁹ cõ/
ſiderationis aciẽ vigilãtius. vbi maio/
ra diſponũtur pericula aĩaꝝ. Ubi enim
maius vertiẽ periculũ cautius eſt agen
dum. Sane in monaſterijs vr̃is aliq̃ ex
vobis curtes vr̃as ſub certa ſoluenda
penſione de facto frequenter a lõgis tẽ
poribus cõduxerũt et adhuc cõducunt
et ſe ad hmõi ſoluendas penſiones acſi
poſſint habere propria et contractuum
cõmertia noĩe proprio exercere. vobis
obligant et in huiuſmodi curtib⁹ ſic cõ/
ductis manſiones ſibi facientes. ſoli mo
ram trahere cõtinue nõ formidant. non
attendentes improuide. qualiter mona/
chum habere proprium et proprio noĩe
ciuiles exercere cõtractus Iura abhor/
reant et q̃ꝫ viliter deteſtenẽ ac a natura
monachi adeo eſſe debeat alienum. vt
etiam ſummus pontifex profiteatur ex/
preſſe ſe nõ poſſe cõtra hoc licentiã in/
dulgere. nec monachus inter ſeculares
homines ſolus ſpũalium hoſtium cõflí/
ctum debebit de iure ſeu poterit expe/
ctare. eiq̃ꝫ teſtante iure pro aliquo terre
no lucro exire monaſterium in auſum
reputeẽ nefandiſſimũ. adeo quilibꝫ mo/
nachus ſuo debeat eſſe cõtentus mona/
ſterio vt canonis dicat auctoritas. q̃d ſic
cut piſces ſine aqua vita carent. ita ſine
monaſterio monachus. Itẽ monachos
et moniales aliqui et alique ex vobis ſb
certis precijs aut ſub ſpe precij recipiũt.
ſub paupertatis pretextu hoc viciũ pal
liantes nõ timentes penas contra hoc
p̱ lateranenſe concilium promulgatas.
Preterea in nõnullis veſtris monaſte/
rijs aliqui ex vobis impetrata ad abeſ/
ſendum ſupioris ſui licentia dum reuer
tuntur fructus ſue exigunt abſentie acſi
forent canonici ſeculares et ipis mona/
chis equaliter habere redditus ſit in/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dultum et ſub hmõi modo abuſus vos cis tales fructus eſtis ſoliti aſſignare. que omnia et ſingula omnino obuiant canonicis inſtitutis ſcandalum in clero et populo generant et diſſolutionẽ mo naſtice pariunt diſcipline, proinde quia iſte morbꝰ inter vos magis irrepſit. Et ſi contra premiſſa a ſacris ſummorũ põ/ tificum et ſacrorum generalium conci/ liorum canonibus per penas grauiſſi/ mas ſit prouiſum. Quia tñ huiuſmodi canones et penas forſan ignorantia du/ cti non curant ad aĩm reuocare. hoc no/ ſtro mãdato in q̃ntum poſſumus mede lam adhibere duximus competentem. Vobis igitur vniuerſis et ſingulis in virtute ſancte obedientie et ſub pena excommunicationis quã in quẽlibꝫ ve/ ſtrum in hoc culpabilem monitione du odecim dierum premiſſa quoꝝ quattuor pro primo. quattuor ꝓ ſcdo. et reſiduos quattuor pro tertio ⁊ pemptorio termi/ no vobis vniuerſis et ſingulis aſſigna/ mus ferimus in his ſcriptis. diſtrictꝰ mandantes vt a premiſſis omnibus et ſingulis quocunqꝫ ad hoc queſito colore de cetero abſtineatis omnino nec curtẽ aliquã aliquã alicui monacho locaȓ ſub quocũqꝫ titulo aut abſenti monacho ra tione ſue abſentie quicq̃ꝫ tanq̃ꝫ ſibi de/ bitum exigenti dare et monachum aut monialem dato precio ſeu ſub ſpe preciȷ̃ poſt receptionem exigendi recipiatis aut poſtea etiam exigere aliqualiter pre ſumatis. Alioquin precipimus vniuer/ ſis noſtre ciuitatis et dioceſ rectoribus et eorum vices gerentibus quatenus in premiſſis inter vos culpabiles denũ/ cient quotiens et quando requiſiti fue/ rint predicta excommunicatione noda/ tos. Et intimamꝰ vobis per preſentes ꝙ niſi de premiſſis omni fraude et ſi/ mulatiõe circa ea ceſſantibꝰ caueatis ad executionem penarum canonum predi/ ctorum et per nr̃am aggrauationẽ ſen/ tentie ac alias ꝑ cenſure cohertionem eccleſiaſtice ꝓut hoc rigor iuris popo/ ſcerit ſine dubio procedemꝰ. Et ne huiꝰ nr̃i mandati cauſari ignorantiam vale/ atis. in ſancta ſynodo in noſtra Coloni/ enſi eccleſia in craſtino preſentis domi/ nice celebranda ipm̃ mandatuꝫ volumꝰ ſolenniter publicari. Datum anno do/ mini. Milleſimo trecenteſimo viceſimo/ ſeptimo. die dominica qua cantatur. In uocauit me.

De collectoribus fabrice eccleſie Co lonienſ nullatenus impediẽdis Ut lai ci manuꝫ deponãt. oblationes ſeu elemo ſynas ad fabricã inter ſe nõ diuidãt aut quicq̃ꝫ ſibi de his retineãt. ſed ſine dimi nutione collectoribus aſſignentur. Et ne trunci in eccleſijs vel capellis erigã tur. Et que ꝓ fraternitate ſancti petri veniunt. ꝑ ſe ſeruentur faciendo com/ putũ collectoribꝰ. vt lecto euãgelio col/ lectores ꝟbuꝫ dei populo ꝓponãt. et ꝑ̃/ dicare volentes poſtea incipiãt.

Enricus dei gratia ſancte Colo nienſ eccleſie archieps. ſacri im/ perij ꝑ Italiã archicãcellariꝰ. ⁊c. Precipiť vniuerſis abbatibꝰ. prioribus prepoſitis. archidiaconis. decanis. inue/ ſtitis. paſtoribus. plebanis. viceplebaĩs Ceteriſqꝫ eccleſiaꝝ ſeu capellaruꝫ recto ribus in Colonienſi dioceſi conſtitutis ꝑ reuerendum in chriſto prẽm et domi/ nuꝫ dñm Coloñ archiepm̃ de prelatorũ ſuorum et capituli Coloñ cõſilio et aſſen ſu et ſtatuiť et mandatur ſub intermina tione maledictionis eterne. et ſub obte/ ſtatione diuini et tremendi iudicij nec/ nõ ſub pena anathematis ꝓhibeť ne a/ liquis cuiuſcunqꝫ cõditionis ſtatus vel ordinis fuerit audeat fabricã Colonieñ ſeu collatores. vel nũcios ipſius publi/ ce vel occulte quibuſcũqꝫ vijs vel colo ribus ad hoc queſitis quolibꝫ impedire

Iniūgitur ſimiliter et mādatur oībus
predictis necnō laicis quibuſcunqꝫ etiā
noībus ſiue templarij ſiue cuſtodes ec/
cleſie aut quocūqꝫ alio titulo nūcupen/
tur ne de cetero quaſlibꝫ oblatiōes ele/
moſynas ſeu largitiōes quaſcūqꝫ datas
vel oblatas diuidāt et ſibi ꝑtem aliquā
retineāt ſeu ſe de eis aliqualiter intro/
mittāt. Sed negocium fabrice ipſius fi/
deliter promouētes oīno manum depo
nāt. Et ipſis nūcijs ſeu collectoribꝰ om/
nia oblata vel donata ſine diminutione
aſſignēt ꝓcuratori ipiꝰ fabrice ad vſus
eiuſdem diligētius preſentanda. Pre/
terea inhibetur ne de cetero trunci in
eccleſijs vel capellis erigātur. ſed poſiti
et erecti infra menſem a tempore publi
catiōis hmōi funditus euellāť. Preci/
pitur inſuꝑ vt oīa illa que pro fraterni/
tate beati petri apoſtolorum principis
largiūtur diſtincte et per ſe reſeruentur
ipiſqꝫ nūcijs ſeu collatoribus ſpecialiter
ſine cōmutatione alicuius alterius inte
graliter aſſignentur. Ita de hmōi obla/
tionibus reddatur ipſis nuncijs vel pro
curatori computus ſpecialis. Ceterum
precipitur ſicut prius vt ſtatī lecto euā/
gelio eccleſiarum ſeu capellarum recto
res ordinent et diſponant vt nuncij ſeu
collectores dicte fabrice. verbuꝫ dei po
pulo proponāt et poſtulent oblationes
et ſuffragia ſine impetu oportune. et ſi
poſtmodū alij predicare habuerint ſer/
monem ſuum incipiāt. Ut ſic nuncij ex
pediti valeant ad alias eccleſias in qui
bus eorum aduentus celeriter expecta/
tur ſine longa mora vlterius proficiſci.
Ideꝫ dominus noſter archieps omnes
prelatos plebanos vicarios eccleſiaruꝫ
rectores ſeu eorum vices gerentes pre/
ſbyteros clericos et laicos cuiuſcunqꝫ
officij ſtatus vel conditionis extiterint
qui contra has inhibitioneꝫ ordinatio/
nem veniunt et ſtatutum in ꝑte vel in
toto niſi exceſſum eorum infra ſeptem
dies quos eis pro monitione aſſignamꝰ
emendauerint. excommunicatiōis ſen/
tentie eo ipſo voluit ſubiacere. Mandās
et cōmittens officiali Colonienſi qua/
tenus dum ipſe a procuratore fabrice Co
lonienſ vel aliquo eorundeꝫ fuerit re/
quiſitus premiſſa et premiſſorum queli/
bꝫ exequatur et a ſuis ſubditis quibuſ/
cunqꝫ exequi faciat diligenter. ꝓut ne/
gocium et vtilitas ipſius fabrice id ex/
poſcit. Facta eſt publicatio ordinatiōis
inhibitionis et ſtatuti huiuſmodi Colo/
nie craſtino Inuocauit. in congregatio/
ne cōcilij ſynodalis. Anno domini Mil/
leſimo trecenteſimo. viceſimo ſeptimo.

Contra moniales diuagantes et mo/
nachos apoſtatas. Itē ne canonici vel
monachi ſine examinatione lrature ad
ordines admittantur. &c.

Enricus dei gratia ſancte Co/
lonienꝫ eccleſie archiepus. ſacri
imperij ꝑ Italiam archicācella/
rius. Uniuerſis chriſtifidelibus auditu
ris preſentes lras et viſuris. ſaluteꝫ in
dnīo ſaluatore. Quanqꝫ ſub prohibitiōe
ſtricta a iure ſtatutum exiſtat ne monia
les monaſtica modeſtia impudenť abie/
cta extra monaſteria ſua diuagentur ni/
ſi pro cauſis eis a iure ꝑmiſſis. tn̄ frequē
ter extra eadem monaſteria ſua ꝑ vicos
et plateas diſcurrunt et ꝑſonarum ſe/
culariū habitacula frequentātes non in
habitu tantū religioſo veruꝫ etiam eo
relicto in habitu ſeculari ſe oſtendunt
et in tanta vanitate mundanis aſpecti/
bus ſe adminiſtrāt. ꝙ ex hoc poſſint cō/
tra proprie conſcientie ſue puritatē ſuſ/
pecte nō īmerito reputari. et quāqꝫ va/
rie cōtra moniales eaſdeꝫ cōminatiōes
penarū hactenus emanarūt. tn̄ in vetitū
innitentes qn̄to plus ab iſtis ꝓhibentꝰ
tāto ardentius quo ad hmōi ſuas vani
tates exercēdas inflāmātur. Quare mā/

damus et precipimus omnibus et ſin/
gulis monialibus preſentibus et futuriſ
cuiuſcūqꝫ ſint religiōis vel ordinis nr̄e
ciuitatis et dioceſ vt in ſuis monaſte/
rijs de cetero ſub clauſura ꝑpetua ꝑma/
neant iuxta canonicas ſanctiones ita ꝙ
nulli eaꝝ religionem tacite vel expreſſe
ꝓfeſſe a ſuo monaſterio exire liceat niſi
forte tali morbo euidenter earuꝫ aliquā
laborare conſtaret ꝙ non poſſit ſeruire
deo cui corda ſua et corpa omni ſancti/
monia ſubdiderunt. Saluo ꝙ abbatiſſa
et prioriſſa ſeu mḡra per quas monaſte
ria eadem reguntur cum honeſta et de/
cente ſocietate exire poterit dum hoc ꝓ
monaſterij ſui negocijs fuerit faciendū
ad monaſteriuꝫ ſuuꝫ abſqꝫ honoris diſ/
pendio q̄ꝫ primū poterit reuerſura. Ali
oquin moniales hm̄ōi extra monaſte/
riū ſuum vagantes et q̄ꝫdiu in hoc per/
ſiſtunt. Inhibemus penitus admitti
ad diuina niſi ex rationabili ꝛ manifeſta
cauſa ac de illius ad quem ꝑtinuerit ex
iuerint licentia ſpeciali ꝛ de hoc diuina
celebrantibus ac eas hoſpitantibus pri
us ſufficiens fides fiat. alias ſciēter eis
preſentibus diuina celebrare preſumēs
ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie et eas
ſic diuagantes hoſpitio recipiens excō/
municationis ſententiam incidant ip̄o
facto. Illas vero moniales que habitu
religionis ſue dimiſſo extra monaſteria
ſua diuagantur et que ex hoc ſententiā
excommunicationis a canone iam pro/
latā inciderunt ip̄o facto excommunica
tas volumus et precipimus nunciari.
Inhibentes ſub pena excōmunicatiōis
ne quis eis tanq̄ꝫ apoſtatis et excōmuni
catis cōmunicet quoquo modo vel fo/
ueat eaſdem in tali apoſtaſia ſcienter ne
tanq̄ꝫ criminoſis in crimine cōſentiens
conſimili laqueo valeat irretiri. Inſu/
per mandamus et precipimus imo in/
hibemꝰ ne aliquis de cetero eccleſie col/
legiate canonicus vel religioſus ad mo
naſterij ſui titulum ordinandus quarū
eccleſiaruꝫ et monaſteriorum exempto/
rum et nō exemptorum canonicus vel
monachus et fratres ſine examinatione
litterature et intitulatione ordinari cō/
ſueuerunt ad ordines admittantur niſi
prius de etate et corporis idoneitate cū
corpore viciati nō ſint. ad ordines hu/
iuſmodi admittendi per examinatores
ad examen ordinarium tempore cele/
brationis ordinum deputatos vel depu
tādos ſint examinati et intitulati. ſicut
ceteri ſub cōmuni titulo ordinandi. ali/
as admittentes et ordinantes eoſdem
et ordines ſic prohibiti recipiētes quos
et nunc ne contra faciant monemus in
his ſcriptis poſt lapſum duorum menſi/
um et publicationeꝫ preſentium manda
torū ſuſpenſiōn̄ ab ingreſſu eccleſie ſen/
tentiam incurrāt ip̄o facto et hoc in ſa/
cra nr̄a ſynodo prioribus clero et chr̄i/
fideliuꝫ multitudine preſentibus publi
cari mādauimꝰ et ab omnibus precepi/
mus ſeruari. ne quis contra ip̄a craſſa ſe
valeat ignorantia excuſare. Precipiē/
tes vniuerſis capellis conuentibus mē
dicantium et non mendicantiuꝫ chriſti/
anitatum decanis et locorum plebanis
vt infra decem dies poſt harum publica
tionem. Sub ſigillo maiori officialis cu
rie noſtre Colonienſ horum copiam re/
cipiant et ſingulis menſibus prima do/
minica die menſis in ſermonibus ſuis.
Plebanus hora miſſe et mendicantes
in eorum predicationibus materna lin/
gua in vulgari et intelligibiliter publi/
cet et exponat. In horum teſtimonium
preſentes litteras appenſione ſigilli nr̄i
fecimus cōmuniri. Datum anno domi/
ni. Milleſimo trecenteſimo viceſimoſe/
primo craſtino beati Remigij. In cuiꝰ
copie teſtimoniū ſigillū officialitatis cu
rie noſtre preſentibus litteris duximus
appendendum.

De vna miſſa in die celebranda.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienꝭ eccleſie archieps. ſacri
imperij ꝑ Italiã archicãcellarꝰ.
ꝛc. Quanq̃ ſacroꝝ teſtãtibus regulis
canonũ cuilibꝫ ſacerdoti ſufficẽ ꝙ vnã
de die miſſam dũtaxat celebret preterq̃
in caſibus exceptis regulare exiſtat imo
et valde felicez eſſe presbyterũ qui vnã
digne de die celebret. Nonnulli tamen
ſacerdotes nõ in caſibꝰ ꝑmiſſis ſibi .imo
qḋ horrendũ eſt auaricie ducti cupidi/
ne vel nolẽtes ſibi habere ſocios in ec/
cleſijs q̃bus ꝑfecti ſunt vt eo amplius
de redditibus ſuis ſibi abſorbeant. de q̃
bus tñ ſibi et ſocio poſſent pro ſuis ne/
ceſſitatibus ſatiſfacere cõpetenter. vel
qui tãq̃ mercẽnarij alijs ſeruiũt vt am/
plius lucrẽtur. ex pacto etiã et cõdicto
onus celebrãdi quaſi quotidie ſeu alter
nis diebꝰ miſſas duas in ſe recipiũt cõ/
tra eorundẽ ſacroꝝ canonũ inſtituta
quod de cetero oĩno prohibemus. Inhi
bẽtes ex nũc vniuerſis presbyteris nr̃e
ciuitatis et diocẽſ ne quis de cetero plꝰ
q̃ vnã miſſã vna die niſi ꝑ aliquẽ de ca
ſibus a iure exceptis manifeſte et plane
ſe excuſare valeat celebrare ꝑſumat. Cõ
trariũ faciẽtes quos nos monitione. q̃
nos eos ex nũc omnes et ſingulos mo/
nemus ſeptẽ dierũ ꝑmiſſa excõicamus
in his ſcriptis excommunicatos ꝑ deca
nos concilij et locoꝝ plebanos ſeu eorũ
vices gerentes volumus publice nun/
ciari. Si qui etiã de cetero talia facere
ꝑſumpſerint ex nũc decanis chriſtianita
tum in v̾tute ſancte obedientie diſtricte
mandamus. Ut tales ad nos ſeu offici/
alẽ nr̃m deferãt. penã ſibi ſuꝑ hoc debi
tã recepturos. Datũ craſtino dñice In
uocauit. Anno dñi. M.ccc.xxxv.

Admonenꝭ charitatiue eccleſiaꝝ re/
ctores pacifici non promoti vt infra
tres menſes promoueanꝭ et nõ reſiden
tes vt ꝑſonaliꝭ reſideãt. Et ne patroni
ad eccleſias ꝑñtẽt ſub pactiõe ſymonia/
ca vt hic narraꝭ. Oꝫq̃ eccleſias ſic ade/
pti eas dimittãt. et conſcij tales ſic ha/
bentes eccleſias reuelent.

Walramꝰ dei gratia. ꝛc. Dilectis
in chriſto. decaĩs chriſtianitatũ
necnõ plebanis eccleſiaꝝ nr̃e ci/
uitatis et diocẽſ aut eoꝝ vices geren/
tibus. ſalutem in domino ſempiternam.
Quoniam inter cetera que noſtre cõſi/
derationis oculus in noſtra ciuitate et
dioceſi poſtq̃ ad regimen Colonienſis
eccleſie licꝫ immeriti diuina diſponen/
te clementia aſſumpti fuimus correctio
ne digna proſpexit vnũ notabiliter pe/
riculoſum et deteſtabilem comperimus
abuſum et peſſimam corruptelã. ſcilicꝫ
ꝙ in noſtra dioceſi nõ pauci. immo in
multitudine copioſa eccleſiarum recto/
res ſeu paſtores poſtq̃ pacificam ſuarũ
eccleſiarum poſſeſſionem adepti ſunt ad
annum et amplius. Immo per multos
annos ad ordinem ſacerdotij non pro/
moti exiſtunt. Aliqui vero in ſuis hu/
iuſmodi eccleſijs nõ reſident citra diſpẽ
ſationes et licentias eorum qui ſuꝑ his
poteſtatem habent canonice diſpenſan/
di. fructus q̃ ex ipſis ſuis eccleſijs nec/
nõ redditus ⁊ prouentus nõ eo minus
tollere verentur. Cui morbo et ſi com/
petentem apponere intendamus mede/
lam quia cum idem morbus ex diſſimu/
latione noſtrorum predeceſſorum adeo
cõmunis irrepſẽit ꝙ tales ſic nõ ꝓmoti
nõ reſidentes conſuetudinem hanc no/
minant corruptelam in eorum et hac ꝑ/
te peccata notoria ac allegatione pude/
bũda de ſe fidẽ ſatagẽtes. Nos in pre/
miſſis omiſſa ꝓ nunc ꝯ eos executione
iuſtitie rigoroſe omnes tales ⁊ ſingulos
cuiuſcũq̃ ſtatus ſeu cõditiõis exiſtant.
In hmõi ſancte ſynodi congregatione
rogamus hortamur in domino et mo/
nemus. vt ſe infra tres menſes a data
preſentium ſic diſponant non promoti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcilicȝ vt promoueātur et nō reſidētes
de cetero reſidentiaȝ faciāt ꝑſonalem.
Alioquin ſciant contra eos ꝓut nobis
melius faciendū et vtilius viſum fuerit
ſine dubio proceſſuros. Item quia non
nulli qđ vtiqȝ nō minus p̄miſſis dolen/
duȝ eſt eccleſiaꝝ curatarum patroni dū
ad eccleſias vacantes quaꝝ patroni ex/
iſtūt ipis quoſpiā pñtare incūbit. et car
nali ſeu alio inordinato affectu deſiderio
circa aliquos fortaſſe ſuos filios aut co/
gnatos aut alia affinitate ſeu amicicia
coniunctos qui viceſimūquintū ſue eta
tis annū mīme attigerūt. Et ſic defectu
etatis obſtāte ad obtinēda beneficia cu
rata minus abiles exiſtūt. tales ſic inabi
les ad tales pñtare eccleſias geruntin
voto veriſil'r qȝ dubitāt. tales ſi pñta/
renť p eos ad quos hoꝝ ꝑtinet admiſſio
admitti nequaqȝ debere cū qbuſdā forte
preſbyteris ſeu alijs qbꝰ etatis licȝ nō
iuſtitie ſeu conſcientie maturitas ſuffra
gatur paciſcunť et inter ſe condicunt ꝙ
ſcȝ tales preſbyteri ſe preſentari Ad ta/
les ꝑmittant eccleſias et poſtqȝ admiſſi
fuerit ad eaſdē. eas ad iporum patrono
rum voluntatem debeant dimittere et
certā ꝑtem modicā fructuum reddituū
et obuentionum earundem eccleſiarum
ſibi reſeruať ipis patronis toto reſiduo
remāſuro. Aliqui etiā ſimpliciter cuȝ pa
tronis cōueniunt vt ad eccleſias aliqñ
preſententur de certa portione ad tem/
pus ſeu qȝdiu ipas eccleſias tenuerint
anno quolibȝ perſoluenda. Et ſic tales
preſbyteri ſue ſalutis immemores peſſi/
ma ſpecie ſymoniace prauitatis infecti.
ad tales eccleſias ſic p̄ſentati et admiſſi
non intrantes per hoſtiuȝ eas poſſidēt
Immo verius occupant minus iuſte ⁊
cure taliuȝ eccleſiarum curatarum nō ca
paces populos harum eccleſiaruȝ deci/
piunt circa predictos fructus redditus
prouentus et obuentiones cōmittendo
ſpoliū et rapinā. cui qñtum poſſumꝰ oc/
currere cupientes omnes et ſingulos ta
les huiuſmodi peccati turpitudinis la/
be reſperſos In preſentia cōgregatorū
in hac ſancta ſynodo monemus noſtra
auctē vt tales eccleſias quas ſic pñtati
obtinent immo occupant ſtatim coram
nobis ſeu officiali noſtro ⁊ preſente per
ſona publica verbo et facto publice di/
mittant ad eas niſi ſuꝑ premiſſis egerit
penitentiam et diſpenſationem ad hoc
habuerint nequaqȝ de cetero reuerſuri
Et coram nobis aut predicto noſtro of/
ficiali cōpareant noſtrum ſeu ipſius offi
cialis ſuper hoc audituri mādatū. Mo/
nemus etiam omnes et ſingulos huius
rei conſcios vt nob̄ ſeu predicto officia
li noſtro tales perſonas ſic eccleſias ob
tinentes nominent et reuelent. Alioqn
tam predictos ſic eccleſias obtinentes.
necnon conſcios et nō reuelātes quos
monitione decem dierū premiſſa in his
ſcriptis excommunicamus. excommu/
nicatos nominatim quoꝝ nomina ſci/
ueritis. Reliquos in genere publice in
veſtris eccleſijs nuncietis et per pleba/
nos ſeu coꝝ vices gerentes infra ve/
ſtros cōſtitutos Decanatus nr̄a auctē
quā vobis in hac ꝑte committimus nū/
ciari precipiatis. Intimamus etiā eiſdē
ꝙ ſi predicti tales ſic eccleſias obtinen/
tes ſe nobis ſeu officiali noſtro nō pre/
ſentauerint ſeu nominauerint noſtram
indignationem incurreret et ſi hoc ex/
pectare maluerint nullam a nobis gra/
tiam inuenięt quā tamē gratioſam ſi ſe
ipos oſtenderint firmiter expectare po
terunt. Verum conſequentur id quod
iuſtitia dictauerit rigoroſa. Et ne aliqui
ex eis craſſam preſentium pretendere
valeant ignorantiam qȝuis neceſſe non
eſſet id in hac ſacra ſynodo ita publice
promulgatum ſingulorum auribus in/
culcare. Vobis in virtute ſancte obe/
dientie ⁊ ſub pena excommunicationis
diſtricte precipiendo mandamus. qua/
tenus has nr̄as lr̄as et in eis cōtēta in
vr̄is eccleſijs et ꝑ plebanos ſeu coꝝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vicarios infra veſtros decanatus con/
ſtitutos publicetis et noſtra auctoritate
publicari oĩmode faciatis. Datum cra/
ſtino dominice Inuocauit Anno dñi. M
ccc.xxxv.

Contra becgardos et ſueſtriones.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſis eccleſie archieps ſacri
imperij p̱ Italiā archicācellari⁹
ꝛc. Dilectis ſibi. Abbatibus. prepoſitis.
decanis eccleſiaruꝫ collegiataꝝ necnon
collegijs et cōuētibus, ac decanis chri/
ſtianitatuꝫ. plebanis et eoꝛuꝫ vices ge/
rentibus necnō oĩbus clericis ſeculari/
bus et religioſis ac vniuerſis chriſtifi/
delibus nr̄arum ciuitatis et dioceſis. ſa/
lutem in dño ſempiternam. Olim bone
memorie Henricus predeceſſoꝛ nr̄ ho/
mines qui becgardi et ſueſtriones ap/
pellantur ꝓpter vitaꝫ ꝛ conuerſationeꝫ
eoꝛum ſuſpectam eoꝛum ſectam cupiēs
extirpare. ne cōmunione eoꝝ periculoſa
ceteroꝛuꝫ chriſtifideliuꝫ gregem tanq̄
oues moꝛbide coinquinarent proceſſus
quoſdaꝫ fecit in quibus eos monitione
canonica p̄miſſa ſuaꝫ precepit exire dio
ceſiꝫ Et ſi manere debeāt ſub certis mo/
dis et conditionibus fuerāt remanſuri.
Ipoſq̄ qui poſt modū remanerent ſeu
ad ſuam reuerterentur dioceſim et ciui/
tatem vel venirent ſeu mādatis ſuis ſa/
lubꝛibus nō parerēt nonitiōe legitima
p̄miſſa excōicauit et excōmunicatos mā
dauit publice nūciari. et alios diuerſos
et eis merito foꝛmidādos ꝓceſſus con/
tra ipos duxerat emittendos Noſq̄ ei⁹
veſtigijs inherentes ſm eoꝛundē ꝓceſ/
ſuū continētiā cōtra eos et eoꝝ p̱ſonas
nr̄os ꝓceſſus duximus faciēdos ac etiā
publicandos. ſicut hoc ad vr̄am ſeu vr̄e
maioꝛis p̱tis notitiā deueniſſe minime
dubitamus ꝓut hec et alia in lr̄is tā p̱/
deceſſoris nr̄i q̄ nr̄is ſup̱ hoc confectis
plenius cōtinētur. Veruꝫ quia ꝓut ad
nr̄aꝫ relatū eſt audientiā hmōi hoĩm p̱/
nicioſa de nouo incepit adeo in nr̄a ciui
tate et dioceſi inualeſcere multitudo vt
niſi de nouo eis p̱ cōpetentia cōtraria
reſiſtat̃ peioꝛa prioꝛibus pericula ſubin/
trabūt. Vobis plebanis et vices vr̄as
gerentibus in v̄tute ſancte obedientie
et ſub pena excōicationis diſtricte p̄ci/
piēdo mādam⁹. q̄tenus cōtra oēs hmōi
ſectarū hoĩes becgardos et ſueſtriones
ſm prefati predeceſſoris nr̄i et nr̄oꝛum
proceſſuū cōtinētiā procedatis. ipos p̱/
ceſſus cōtra eos ꝛ ipos in domo ſua re/
cipientes cōmunicantes eiſdem ſeu eis
quicq̄ dātes. Necnō eoꝛum fautoꝛes et
eis opem ſeu op̱am cōferentes proceda
tis. Voſq̄ oēs et ſinguli ſup̄dicti ipos
artius euitetis et intimamus vobis q̄
ſi in p̄miſſa executione aliq̄ ex vobis in/
uēti fueritis deſides vel remiſſi. contra
tales per rigoꝛem iuſticie ſine dubio p̱/
cedemus. Datum craſtino dominice In
uocauit. Anno. M.ccc.xxxv.

Item ſcd̄m contra becgardos et ſue/
ſtriones.

In noĩe dñi Amē. Walramus
dei gratia. ꝛc. Dilectis in chriſto.
prepoſitis. archidiaconis. abba/
tibus. decanis. prioꝛibus. et prelatis ec/
cleſiarum rectoꝛibus nr̄aruꝫ ciuitatis ꝛ
dioceſ̃ ac alijs nr̄is ſubditis vniuerſis.
ſalutem in domino ſempiternā. Cum a/
lias bone memoꝛie Henricus predeceſ/
ſoꝛ noſter multa diligētia et deliberatio
ne prehabitis quoſdā hoĩes becgardos
et ſueſtriones vulgariter nūcupatos cū
ſuis receptatoꝛib⁹ defenſoꝛib⁹ ꝛ fautoꝛi/
b⁹ ꝓpt̃ ſectā quā ſequūt̃ et erroꝛes vari/
os fidei catholice ꝯrios exigēte iuſticia
excommunicaſſet ꝛ excommunicatos p̱
oēs eccleſias ciuitatis et dioceſ̃ noſtre
mandaſſet publice nunciari. diuerſis
nihilominus penis contra eos in ſuis

proceſſibus promulgatis quos et nos
in pluribus noſtris ſynodalibus conci/
lijs innouari fecimus publice et ſolēni/
ter publicari ꝑut hec et alia. In ipſius
noſtri predeceſſoris proceſſibus atq̃ no
ſtris plenius cōtinentur. Nos demum
fidedignorum aſſertionibus inclinati
aſſerentium cōplures ex his dictorum
begardorum et ſueſtrionum abiecto ha
bitu et ſpretis erroribus reconciliatio/
nis gratiam et abſolutionis benefici/
um affectare. paratos etiam erroris ſe/
ctam huiuſmodi et habitum abiurare
certo noſtro cōmiſſario ſuꝑ his inquirē
di coſq̃ vel ab ipſis proceſſibus atq̃ pe/
nis in ipſis contentis abſoluendi dedi/
mus poteſtatem. Uerum quia de nouo
nōnullos habitus delatores et ſecte pro
feſſores nō abiuratis ſecta et habitu hu
iuſmodi imo ipō habitu nō abiecto a di/
ctis proceſſibus et penis In ipſis con/
tentis per dictum noſtrum commiſſari/
um quod tamē nec ſperamus nec credi/
mus ſe publice percepimus aſſerere ab/
ſolutos. Nos precipue qui in votis ge/
rimus vt negocium catholice fidei no/
ſtris proſperetur temporibus ⁊ errores
huiuſmodi a finibus fidelium extirpen
tur preſentib⁹ declaramus noſtre inten
tionis nec fuiſſe nec eſſe q̃ ipſe noſter cō
miſſarius ipſos begardos aut ſueſtrio/
nes a dictis proceſſibus et penis exime
ret vel abſolueret aut eos ipſis decer/
neret non teneri niſi prius ipſi ipſorum
erroribus ſecta etiam et habitu huiuſ/
modi abiuratis Sub communi vita et
habitu chriſtifidelium viuerent lauda/
biliter et deuote. decernimus etiam et
declaramus abſolutiones ipſis begar/
dis et ſueſtrionibus datas ⁊ decreta ſu/
per ipſis facta aliter a quouis noſtro cō/
miſſario quod tamen non credimus nō
tenere. Quocirca vobis et cuilibet ve/
ſtrum ſub penis in dictis proceſſibus
expreſſis et prolatis precipimus et mā/
damus quatenus dicte ſecte profeſſo/
res et habit⁹ huiuſmodi delatores beg/
gardos et ſueſtriones vna cum ſuis de/
fenſoribus receptatoribus et fautori/
bus excommunicatos ⁊ a cunctis chri/
ſtifidelibus euitandos publice nuncie/
tis. contra eos ſicut prius procedentes
Datum ipō die beati remigij confeſſo/
ris. Anno domini Milleſimo trecente/
ſimo triceſimoquinto.

### De non promotis et nō reſidentibus.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſis eccleſie archiepus. ſacri
imperij per Italiam archicancellarius.
&c. Dilectis in chriſto vniuerſis et ſingu
lis decanis chriſtianitatum noſtre dio/
ceſis ſalutem in domino. Cum nuper in
concilio proxime preterito in maiori ec/
cleſia noſtra Colonienſi celebrato om/
nes et ſingulos eccleſiarum ꝑrochialiū
paſtores non promotos ad ſacerdotiū
aut nō reſidētes moueri requiri et hor/
tari in domino charitatiue fecerimus
vt ſe infra certa tēpora promoueri face
rent ⁊ in ſuis eccleſijs reſiderēt niſi eos
cauſe rationabiles excuſarent. Alioqui
nos proceſſuros contra eos fuerim⁹ cō
minati. quo nō obſtante nōnulli in ſua
ꝑtinacia ꝑſiſtentes non promoti ac non
reſidentes ad ſuſceptionem ordinis ſa/
cerdotij et ad reſidentiam faciendam ſi/
cut prius hactenus ſe non diſpoſuerunt
et adhuc minime ſe diſponunt. Quocir
ca vobis committimus et mandamus.
quatenus quilibꝫ veſtrum per ſe ſeu ꝑ
alium aut alios vice et auctoritate nr̃a
quas cuilibꝫ veſtrum in hac ꝑte cōmit/
tim⁹ fruct⁹ vniuerſos eccleſiaꝝ hm̄oi n̄
ꝑmotoꝝ et nō reſidentium ꝑut cuilibꝫ

veſtrum ſubſunt ſequeſtretis et in ſe/
queſtro ſub firma cuſtodia teneatis et
reſeruetis quouſq; aliud receperitis in
mādatis. Volumus etiā vt ſi qui ex eis
cauſas rationabiles iuris habuerit q̄re
ad premiſſa minime teneantur. Corā of
ficiali nr̄o Coloñ probent et proponāt
et eius ſup hoc declarationē recipiant.
Si qui vero ex eis in hmōi rationabi/
libus cauſis deficiūt. vel eas nō habue/
rint in fructibus hmōi ſuarū eccleſiarū
aut pte aliqua eoꝝ cū veriſiliter hāc pe
nā plus timere conſueuerint ꝓut q̄nti/
tas eoꝝ cōtumacie exegerit decernim⁹
mulctādos. Quos q̄dē fructus dilecto
in chriſto ſigillifero Coloñ dn̄ ꝓut req̄/
ſierit. Volumus aſſignari et ſibi ratio/
nem fieri de eiſdem. Eccleſias etiā pre/
dictoꝝ nō promotorū et nō reſidentium
quarū fructuū ſequeſtratio forſitan im/
pediret violenter expreſſe vel occulte
p quācūq; pſonā cuiuſcūq; dignitat. ſta
tus aut conditionis exiſtat monitione
ſex dierū p̄miſſa eccleſiaſtico ſupponim⁹
interdicto in ipaſq; pſonas in hoc cul/
pabiles excōicationis ſniaz ferimus in
his ſcriptis Et tādiu eccleſie maneāt in
terdicte et pſone excōicate denūcientur
quouſq; eccleſie fuerint relaxate et pſo/
ne mereant a nobis ſeu ab officiali nr̄o
abſolutiōis bn̄ficiū obtinere. Noīa ꝓ
nō ꝓmotoꝝ et nō reſidentiū et eccleſia
rum q̄s obtinent aut quid in p̄miſſis fe
ceritis ſigillifero nr̄o predicto infra no/
uem dies poſt receptionē nr̄i mandati
reſcribere nullaten⁹ omittatis. Nomīa
etiā illoꝝ qui in hoc preſenti nr̄o māda/
to Rebelles aut impedientes tacite ſeu
expreſſe p ſe ſeu per alios fuerint repti
q̄cito talem rebellionem aut impedimē
tum intellexeritis predicto nr̄o ſigillife
ro reſcribere et intimare nō differatis
Datum Bunne feria quinta poſt feſtuz
beati petri ad vincula. Anno dn̄i. M.
ccc.xxxv.

De nō reſidentibus et nō ꝓmotis.

Walramus dei gratia. &c. dilectis
in chriſto oībus ⁊ ſingulis chri/
ſtianitatuz. Decanis nr̄e dioceſ
ſalutē in dn̄o. Meminimus nos dudum
paterna ſolicitudine ex officij nr̄i debi/
to omnes et ſingulos nr̄e ciuitatis et
dioceſis eccleſiarum rectores ad ſacerdo
tium nō promotos aut etiaz promotos
in ſuis eccleſijs minime reſidentes cha/
ritatiue monuiſſe et induxiſſe vt infra
certa cōpetentia tp̄a ceſſantibus alijs
canonicis impedimentis ſeu priuilegijs
ſe promoueri in ſacerdotes procuraſſēt
et in ipſorum eccleſijs reſeduiſſent. Verū
cum complures ex eis nr̄is monitioni/
bus et inductioniuus ſalubribus ſpretis
infra hmōi tp̄a ſe minime promoueri p/
curarunt. neq; in hmōi ſuis eccleſijs cu/
rauerunt reſidere aut priuilegia ſiue ca
nonica impedimenta aut ſtatuta allega/
re ſeu pretendere quare ad hoc nō tene
antur. vel compelli nō deberent. Unde
nos taliū n̄ promotoꝝ ſeu nō reſidenti/
um temerariam audaciam nō aīaduer/
tentes fructus hmōi eccleſiarum man/
dauimus et cōmiſimus p vos ⁊ quēlibz
veſtrum ꝓut vobis ſuberant ſequeſtra/
ri et teneri fideliter in ſequeſtro quouſ/
q; aliud pciperetis. ſuper his in manda
tis. hac tn̄ moderatione tunc adiecta. vt
ſi quis eorundem non promotorum aut
nō reſidentiū priuilegijs aut alijs cauſ
rationabilibus ſeu canoīcis impedimē/
tis ſe tueri poſſet. ne hmōi nr̄is moniti
onibus et ſequeſtrationibus fructuum
parere tenerēt coram nobis aut officia
li nr̄o Coloñ illas ꝓponerent et proba/
rent et ſuam declarationem reciperēt et
determinationem/ aliarum vero eccleſi/
arum quarum paſtores nullā habent ex
cuſationem cōtra hanc noſtrā ſequeſtra
tionem Mandauimus fructus nr̄o ſigil
lifero p vos decanos aſſignari ⁊ ſibi fi/
eri rationem de eiſdem. Niſi cōponerēt

hmōi paſtores de his cuz eodem. Et ne
hmōi ſequeſtrationis nr̄e mādata p̄fata
ludibria redderent. eccleſias hmōi non
promotoruz aut nō reſidentiuz in quib⁹
vel earuz aliqua ſequeſtratio nr̄a p̄fata
impediret violenter expreſſe vel occul
te p̱ quācunq̄ p̱ſonam cuiuſcūq̄ ſtatus
aut cōditionis exiſteret monitione ſex
dieruz premiſſa vt deſiſterent eccleſiaſti
co in ſcriptis ſupponimus interdicto.
Et in culpabilez ſeu culpabiles in iſtis
promulgamus ſiſr̄ter propter hoc in ſcri
ptis prefata canonica monitione p̄miſſa
ſententiā excōmunicatiōis et mādaui/
mus eoſdem excōmunicatos ſi ſatiſface/
re nō curarent de cōmiſſis et abſolutio/
nis beneficium a nobis aut a dicto offi/
ciali nr̄o obtinere publice nunciari. Sa
ne cum nōnulli ex dictis paſtoribus ad/
huc nō promoti ſeu nō reſidentes repi/
antur qui nec priuilegia ſeu cauſas rati/
onabiles aut canonica impedimēta qua
re ad hoc minime tenerētur corā nobis
aut dicto officiali nr̄o oſtenderunt. Et
his nō obſtātibus cōtra nr̄az ſequeſtra/
tionē fructus hmōi ſuarum eccleſiarum
ſicut prius p̱ceperūt et aſportauerūt. in
animarum ſuarū graue periculuz ⁊ ſcā/
dalum plurimorum ac nr̄am et noſtroꝝ
mādatoꝝ p̱uipēſionez ꝓpter q̄d vos de
canos chriſtianitatum predictos et quē
libet veſtrum requirimus vobiſq̄ man
damus quaten⁹ fructus per vos ſeque/
ſtratos et veſtre cuſtodie deputatos p̄/
fato ſigillifero nr̄o aſſignetis et ratio/
nem de his faciatis infra tres ſeptima/
nas a data p̄ntium numerādas. Eccleſi
as vero paſtoruz nō promotorū aut nō
reſidentium qui fructus ſuarum ſine li/
centia noſtra vel de ordinatione habita
cū ſigillifero noſtro p̱ceperunt et aſpor
tauerunt quas propter hoc eccleſiaſtico
ſupponimus interdicto interdictas pu/
blice nūcietis mādātes inibi interdictū
inuiolabiliter obſeruari. Ipos vero pa
ſtores ſeu alios qui in hoc culpabiles
extiterint et ſunt et propter hoc ſenten/
tiam excommunicationis inciderunt ex
communicatos publice in veſtris eccle/
ſijs et ſuis et alibi vbi oportunū fuerit
nūcietis et faciatis ab alijs nūciari vbi
et quando de hoc fueritis requiſiti man
dātes eiſdem et alijs qui ſciēter in ipis
eccleſijs ſic interdictis in contemptum
clauium diuina celebrauerint officia.
immo potius prophanauerīt q̄ niſi de
celeri ſatiſfactiōe ſibi proſpexerint con/
tra eos nominatim tanq̄ contra irregu
lares ꝓut iuſtitia exegerit procedemus
Nomina horum qui dictuz noſtrum ſe/
queſtrum impediuerunt ſeu fructus ſe/
queſtrationis aſportauerunt et nomina
eccleſiarum earundem nobis aut prefa/
to officiali noſtro fideliter reſcribentes
Datum Brule in craſtino beati Valen
tini martyris. Anno domini Milleſimo
trecenteſimo triceſimoſexto.

Reuocātur omnia indulta pretenſa.
per que moniales cōſuta velamina tol/
lendi auctoritatem ſibi cōceſſam excuſa
re volūt et falſo allegarunt.

Walramus dei gratia ſancte ec/
cleſie Colonien̄ archieps. ſacri
imperij p̱ Italiam archicancella
rius. ꝛc. Uniuerſis p̄ſentes litteras au/
dituris. ſalutem in domino ſempiternā.
Quanq̄ animarum ſubditorum nr̄oruz
periculis ex noſtri officij debito preca/
uere q̄ntū poſſumus teneamur. illarum
tamē exceſſibus p̱ſonaruz que ſpecialr̄
diuino ſunt mācipate miniſterio preſer/
tim quādo ipoꝝ diſſimulatio correctio
nis exceſſuū nō abſq̄ nr̄a aliquali infa/
mia poterit nō modica perdurare. debe
mus occurrere q̄nto celerius poſſum⁹
toto niſu ne in alijs erroꝝ occaſio q̄ po
ſiti ſum⁹ vt alioꝝ corrigam⁹ errores ſe/
dētes ſup̱ ſpecula videamur. Cū teſtāte
ſacro canone. crudelis ſit q̄ famam ſuam

negligit. Sane his temporibus q̄d dolenter referimus nõnulle ſancti Auguſtini et ſancti Benedicti ordinis Moñ. noſtre ciuitatis et dioceſ moniales ordinis ac ſtatus ſui ac iuriũ et ſtatutoꝝ ſynodaliũ predeceſſorum nr̃orum ſuper hoc editorum immemores et eorum penas formidabiles minime formidantes tam intra q̄ꝫ extra monaſteria ſua habitibus quibus ex eorundem iniunctione ſtatutoꝝ vti tenent̃ abiectis ſeu in maiori pᵗe mutatis incidere publice nõ verentur et habitibus ac ornamentis etiã ad inſtar mulierum ſecularium earũ ordinem ſtatũ et regulã nequaq̄ꝫ decentibus ſe parant illicitis in exceſſu ꝓut de his tãq̄ꝫ de notorijs nõ poteſt alicui de populo nõ conſtare et nõnulle ex eis vt ſue hmõi inordinationis excuſationem habere in talibus reputentur in noſtri ſtatus iniuriam aſſerunt ꝓut ad nos ꝑuenit. Nos eis verbo vel facto aliqua talia indulſiſſe ꝑ que fomentum licentie eis talia faciẽdi poſſint elicere quoquo modo. exabundanti tamẽ vt cũctis nr̃a in hac parte pateat intentio hmõi caliue occaſionis cõſuta velamina omnino tollere cupiẽtes. Omnia et ſingula quibuſcunq̄ꝫ monialibus et earum prelatis. cuiuſcũq̄ꝫ ordinis ſtatus et conditionis noſtre ciuitatis et dioceſ in genere vel in ſpecie indulta ſub quacunq̄ꝫ verboꝝ forma concepta dicta vel ſcripta ꝑ nos aut noſtro nomine aut auctoritate quocunq̄ꝫ modo. que aliquem intellectum ꝑ quem huiuſmodi abuſuz predicte moniales ſeu ſue prelate valeant de cetero colorare. et tanq̄ꝫ nr̃az ſe habere ſuꝑ hoc licentiã pro excuſatione pretendere trahi poſſent. Cum intentionis nr̃e nõ fuerit ſicut nec eſſe debuit quin ſemper predeceſſorum nr̃oruz ſtatuta ſalua et incolumia voluerimus remanere. preſentibus reuocamus et nullius penitus volumus fore momenti imo noſtre non fuiſſe intentionis quin predicta ſtatuta predeceſſorum noſtrorum ſuper ſtatu et decentia predictarum monialium et ſuarum prelataruz edita in ſuo remanerẽt robore et ea tenerentur efficaciter obſeruanda. his noſtris litteris declaramꝰ Mãdantes eiſdem monialibus. omnibus et ſingulis ac earuz prelatis in preſentia omnium in hac ſacra ſynodo congregatorum vt pretextu cuiuſcũq̄ꝫ nr̃e licentie. ſi quã hactenꝰ ex eis aliquę minus veraciter allegarũt ſtatuta prefata aliqualiter nõ excerceant nec pro ſui ſtatus et habitus aliquo abuſu cuitiõe ſeu exceſſu nr̃e licentie pretextu audeãt ſeu debeant ſe aliqualiter excuſare. Datum Leghnich in die beati Mathie apoſtoli Anno dñi. M.ccc.xxxvi.

## De ſynodi obſeruatione

Walramꝰ dei gr̃a ſancte eccleſie Coloñ archieps. ſacri ĩperij ꝑ Italiaz archicancellarius. ꝛc. Dilectis in chr̃o nr̃as in ſacra ventura ſynodo in craſtino dominice Inuocauit. in eccleſia nr̃a Colonienſi celebranda vices gerentibꝰ ſalutẽ in domino ſempiternam. Multis modis et in pluribus ſacris ſynodis hactenus ꝑ predeceſſores noſtros et per nos celebratis vniuerſos prelatos collegia chriſtianitatum decanos necnõ vicarios ceteroſq̄ꝫ in ſynodis Colonienſ eccleſie diuerſis vicibus ꝓut obſeruate fuerant congregatos rogatos hortatos ac requiſitos necnõ ipis mãdatũ ex pᵗe nr̃orum predeceſſorum intelleximus et a nobis meminimus vt ſicut ſtatuta predeceſſoꝝ nr̃oꝝ preſertim pie memorie Sifridi nr̃i predeceſſoris precipiunt in ipis ſynodis pñtialiter vel ꝑ procuratores in ſuo caſu vt cum decenti habitu et modo ac habentes ſtatuta ipius nr̃e eccleſie in manibꝰ cõparerẽt. nõnulli tñ ex eis hmõi ſalubres rogatus hortationes requiſitiones et mandata minime aduertentes ſcḋm ipoꝝ ſtatutoꝝ conti/

nentiaꝫ de iure et ſtare et comparere in
ipis conciliјs nõ curarũt penas in ipis
expreſſas minime formidãtes forte ſu/
pina quadã et craſſa predicti ſtatuti do/
mini Sifridi maxime ignorantia volen
tes ſuam inobedientiã excuſare. Verũ
etſi de rigore iuris vt forſitã pluribus
videretur circa premiſſa inexcuſabiles
videantur. hi qui circa talia exceſſerunt
Quia tamen huiuſmodi ſtatuti pene ſũt
multuꝫ formidabiles. et ſm aliquorum
reputationem predicti excedẽtes repu/
tari deberent ſuſpenſionis excõmunica
tionis et irregularitatis nexibus dam/
nabiliter laqueati. Nos tamen miſeri/
corditer agere volentes delicta que ſic
ꝑ eoſdem delinquentes hactenus facta
ſunt liberaliter remittim⁹. Voſq; a ſen/
tentijs ſuſpenſionis et excõmunicatio/
nis eoſdem delinquentes ſi et in q̃ntuꝫ
in ipas inciderint vice noſtra ad caute
lam abſoluere ſtudeatis. ſuper irregula/
ritatibus vero et eorum diſpenſationi/
bus ipos ad ſedem aplicam ſi ⁊ in q̃ntũ
ipos eorum vrgent conſciẽtie preſertiꝫ
rationabiliter informate quibus conſci
entijs ipos in hac parte relinquimus re
mittentes. ne ãt ꝑ hanc craſſam et ſupi/
nam ignorantiam de cetero valeant ſe
tueri et õni ſemota excuſatione fucata
ad predicti ſtatuti Sifridi obſeruãtiaꝫ
totalem ſciant et noſcant de cetero pe/
nitus obligatos ipm ſtatutum quod eſt
primum inter ſtatuta ipius Sifridi et
quod ſic incipit. Licꝫ de clericis qualit̃
eos cum modeſtia. ꝛc. de verbo ad ꝟbuꝫ
volumus et omnino precipim⁹ legi pu/
blice intelligibiliter in ſacra ſynodo me
morata ⁊ eiſdem ibi preſentibus ac alijs
omnibus quorum intereſt publice pre/
dici ꝙ preter predictã nr̃aꝫ ſynoduꝫ om
nes prelatos collegia chriſtianitatũ de/
canos plebaõs capellarios vicarios ac
omnes et ſingulos de quibus in eodem
ſtatuto mentio fit penis in ipo ſtatuto
expreſſis ſi contrariuꝫ fecerint innoda/
tos ſm ipius continentiaꝫ et plectẽdos
⁊ per vos qui preſentes fueritis hoc p̃/
cipimus declarari. predictuꝫ etiaꝫ ſtatu
tum cuꝫ omnibus ſuis clauſulis et pe/
nis extendi volumus ad concilium in
craſtino beati Remigij confeſſoris ãno
quolibꝫ celebranduꝫ. Datum anno do/
mini. M. ccc. xxxvij. in vigilia beati Ma
thie apoſtoli.

## De tonſura et habitu clericorũ.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſ eccleſie archiepũs, ſacri
imperij ꝑ Italiã archicãcellari⁹
ꝛc. Dilectis ſibi abbatibus. prepoſitis. de
canis eccleſiaruꝫ collegiataruꝫ necnon
omnibus clericis ſecularibus et religi/
oſis ac vniuerſis chriſtifidelibus nr̃arũ
ciuitatis et dioceſis Colonienſ. ſaluteꝫ
in domino ſempiternaꝫ. Quoniã diuerſi
generis hominũ diſtingui et ſecerni per
habitum profeſſores conſulte editiones
tam ciuiles ꝙ canonice decreuerunt vt
hi qui ſpecialit̃ diuino ſint officio mãci/
pati et cõtẽplationi et oratiõi dediti ab
oĩ conformatione ceſſent tpaliũ. et in ſe
qui ſunt forma alijs ⁊ exemplar quomo
do deceat in domo domini conuerſari ꝑ
decentiã habitus extrinſeci oſtendant
morum intrinſecaꝫ honeſtatem. Et qđ
corde gerunt ore predicent. actu demon
ſtrent tanq̃ milicie deo et eccleſie mili/
tanti ſpecialiter deputati a ſecularibus
ſint ſeiũcti. Diuerſe contra laſciuiẽtes
huiuſmodi habituꝫ coronaꝫ crines et
inceſſuꝫ quẽlibꝫ ordini clericali minime
congruenteꝫ a nr̃is predeceſſorib⁹ et a
nobis ſub duris penis et grauibus ſen/
tentijs emanarunt ſucceſſiue. put refor
mationi horuꝫ et honeſtati cleri expedi
re pro tempore putabatur diuerſimode
ſunt ſanctiones. Sane cuꝫ humana in/
firmitas viciorum imitatrix que plus

vetitis q̃ conceſſis ſolito immoratur.
Nonnullos noſtre ciuitatis et dioceſis
tam clericos q̃ prelatos hm̃oi ꝓhibiti/
onibus non contentos adeo excecauit
vt inter ip̄os quod dolenter referimus
quaſi cõmunis morbꝰ irrepſerit ꝙ ſe in
inceſſu moribus veſtibus et capillis lai
cis et plus etiaʒ q̃ ip̄os deceat ſtudeāt
conformare quo ad vſum ac vtilitatem
priuataʒ ſtipendiorum beneficialiū cle/
ricalis militie ſtipendiarij eſſe volunt.
ad obſequia vero que horuʒ exigit rece
ptio nequaq̃ ſe obnoxios reputantes
aſcribunt dedecori vite extimant et au/
tumant inhoneſtum vt horum ordinum
ſignis et inſignijs in tonſura ſcʒ et habi
tu eos decentibus cõuerſari et in publi
co comparere minime aduertentes ꝙ
clericalis militie īmo aliqui ex eis ſacro
ruʒ ordinum ſunt caractere inſigniti ac
ꝙ nõ ſoluʒ crudeliter famaʒ ſuaʒ negli/
gunt et cleri ſtatuʒ deformant ſed et ple
runq̃ more feminco laborare contra ꝓ/
pria ſua commoda moliuntur. Ince/
dunt ſiquidēʒ in veſtibꝰ artis et ſtrictis
quibus cum difficultatibus induuntur
in tantū etiā breuibus ꝙ vix per eas ge
nua et inferiora feminalia deteguntꝰ. Wā
boſijs etiam cum longis manicis ꝑ par/
ticulas appendentes ſciſſis et nõ ſciſſis
ac nõ ſolum longis ſed vltra genua pen
dentibus et aliqui nimis breuibus am/
plis et latis multipliciter complicatis
vtuntur. Subtus pro prima ſub veſte
wamboſia apparent contra clericalem
decentiam deferentes. et qꝺ nec licet in
alijs veſtibus eadem variata ex diuerſꝭ
coloribus et figuris etiā ſcacata et vir/
gata et texturis ſericis et alijs induun/
tur. Veſtes etiam ſcacatas rubei et vi/
ridis coloris ſeu quibus de alio colore
manica eſt aſſuta ante pectus et vltra
cubitum multum et notanter nodatas
a lateribus ſciſſas ibi et in longum ad
oram ac in manicis cum quadam reuo/
lutione furratas. Ita ꝙ ad modū corde
exteriꝰ apparet ip̄a notabiliter furratu/
ra. Nonnulli etiam coronas non defe/
runt et ſi ip̄as deferunt in locis hoc fa/
ciunt in debitis retro videlicʒ in capite
vt duʒ velint ip̄as de quibus deberent
merito gloriari poſſint ſub crinibus oc/
cultare. Quidam etiam comaʒ et barbā
exquiſite nutriunt et deſuper tincturis
de auro et argento quod potius debe/
ret ad vſus pauꝑm erogari multifarie
ornatis ſe cingunt quibus teſtas ſiue po
ras precioſas et ſimili modo ornatas.
Cultellos truſorios et non ſolum truſo
rios ſed et ſemigladios appendunt et
eoſdem non tantū in populo et in grā/
de cleri ſcandalum ſed inter ciuitates
et in eccleſijs vbi beneficiati ſunt. et qꝺ
deterius eſt quādo diuinis interſunt of
ficijs in omnipotentis dei offenſam de/
ferre publice non verentur. Caligis ru
beis glaucis et viridibus ſe caligant et
calceis modo vario ꝑforatis ⁊ inciſꝭ. ſic
etiaʒ ꝙ inciſuʒ corcuʒ aliquibus in cal/
ceis appendet per fruſtra volutantia
hinc et inde obliti celeſtis militie cui a/
ſcripti ſunt tanq̃ inſeruientes armate
militie induuntur. Aliqui etiam ex diſ/
ſolutionis fomite caputijs vtuntur lon
gis quibus ſimilibus monachi conuerſi
intra ſepta ſui monaſterij ſolent vti cau
ſam legitimam cõfingentes ꝙ ip̄orum
caputiorum caudis nuda manuuʒ a fri/
goribus protegant. quas non ſolum de/
centius commodius ſed et vtilius ac
vberius preſeruaret. Ab his in abuſi/
uis ſi eiſdem vterentur veſtium ampli/
tudo. Plures etiam quidaʒ capucia ꝑ/
forata ſciſſa et fiſſa cum magnis panni
particulis pendentibus. quedam ver/
miculata filis ſericeis aureis et argen/
teis de eiſdem deſuper varijs contextis
et depictis figuris et gemmis ornata de
ferunt ſtatum ſuum in premiſſis et plu/
ribus alijs plus q̃ laici diſſoluentes. Et
adeo ſe ſuis ſtulticijs et ſupſtitioſis ad/
inuentionibus gloriātes vt ſuo iudicio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plus laudetur qui plures et magis ra/
ras formas adinuenit et geſtat et in his
abuſionibus plus laicis ſe conformat ſic
ꝙ nullus delectus vel modic⁹ ꝑpendi
valet inter tales clericos et laicos ex/
ceſſiue delicatos et plus etiam ꝙ̄ eoſdē
deceat diſſolutos. Nos igit̄ cupientes
et debito paſtoralis nr̄i officij vt tene/
mur premiſſis que nuper in viſitatione
nr̄a generali nōnullis noſtre ciuitatis
eccleſijs ꝑſonaliter per nos impenſa. ac
in alijs ꝑ noſtros cōmiſſarios facta tāꝙ̄
notoria et pro more iam euidens abuſio
inoleuit reformationi noſtre reſeruaui/
mus ſpeciali cōpetentez adhibere mede
laz. vt eos quos ad delationez habitus
tonſure inceſſus et cōuerſationez hone
ſtaz cōgruentes ordini clericali virtutū
premia nō inducūt. Licz de rigore iuris
ſm decretū Innocē. pape. ij. qui preci/
pit vt clerici vniuerſi in ſtatu mētis in
habitu corꝑis deo et hominibus place/
re ſtudeant. et nec in ſuꝑfluitate ſiſſure
aut colore veſtium nec in menſura intu/
entiū quorum forma et exemplum eſſe
debent offendant aſpectū. Sed potius
quod eorū deceat ſanctitatem ꝙ ſi moni
ti ab epis emendare noluerint eccleſia/
ſticis careant beneficijs contra totiens
monitos ad priuationē beneficiorū ſuo/
rum procedere nunc poſſem⁹. Qm̄ iuſtū
eſſet vt beneficijs priuarentur qui eiſ/
dem ſe reddūt indignos et ipſorum inſi/
gnijs abutuntur. vt ſilēz cum illis quo/
rum ſectantur geſtus et leges reciperēt
in legibus diſciplinam. ſaltem miti⁹ ꝓuc
ad preſens proficere credimus tam ad/
iectarū penarum exaggeratione ꝙ̄ ad/
ijciendarum de nouo formidine poſſe/
mus a ſuis auſibus temerarijs refrenare
Monem⁹ igitur vniuerſos et ſingulos
noſtre ciuitatis et dioceſis. priores et ꝑ/
latos et clericos beneficiatos et quoſ/
cūꝙ̄ etiam alios in ſacris ordinibus cō
ſtitutos et non conſtitutos pro clericis
ſe gerentes cuiuſcunꝙ̄ dignitatis pre/
eminentie conditiōis aut ſtatus fuerint
quatenus a premiſſis omnibus et ſingu
lis abuſionibus preſertim coram nobis
necnon in locis. aut inter eccleſias et e/
munitatem eccleſiaꝝ vbi beneficiati ex/
iſtunt penitus abſtineant et honeſte in/
cedant ſm decentiam clericalem tonſu/
ram ac habitum deferant ſuo ordini cō/
gruentes. Et ſuperius cincti nuſꝙ̄ cō/
pareant niſi tempus hoc requirat vel re
ceſſuri ſint a locis vbi degūt aut ſint in
itinere conſtituti. Alioquin nobis in p̄/
miſſis vel premiſſorum quolibz non pa/
rentes vel contrariuz facientes trigin/
ta ſex dierum monitione premiſſa quo/
ruz ipis duodecim pro primo. duodeciz
pro ſecundo. Reliquos vero duodecim
pro tertio termino ꝑempt. et monitiōe
canonica aſſignamus. ex nunc prout ex
tūc excommunicationis ſententiam fe/
rimus in his ſcriptis. Monētes nihilo/
minus vos omnes ⁊ ſingulos noſtre ci/
uitatis et dioceſ eccleſiarum collegia/
tarum decanos necnon ſubdecanum ec
cleſie noſtre Coloniēſ in virtute ſancte
obedientie et ſub pena excommunica/
tionis late ſententie quā in vos ⁊ quē/
libz veſtrum ſex dierum monitione pre
miſſa in his ſcriptis ferimus ſi non fece
ritis quod mandamus. quatenus vos
decani predicti auctoritate vobis in hac
parte competente. necnō tu ſubdecane
predicta auctoritate quam tibi in hac ꝑ/
te per preſentes ſpecialiter indulgem⁹
poſtꝙ̄ vobis poſt dictam noſtram mo/
nitionem aliqui de prelatis canonicis
ſeu clericis eccleſiarum veſtrarum ap/
paruerīt excedere in p̄miſſis ſeu aliquo
premiſſorum ſuper quo vobis et ſimpli/
ci volum⁹ adhiberi relationi veſtre ple
nam fidem. Statim abſꝙ̄ more diſpen/
dio ꝙ̄ citius poteris adminiſtrationib⁹
diſtributionibus fructuum redditnum
prouentuum obuentionum prebendarū
et beneficiorum ſuorum necnon diſtri/
butionum et preſentiarum inhibeatis ⁊

interdicatis . quibus nos preſentibus
interdicimꝰ et etiam inhibemꝰ ne poſt
monitionem veſtram ipis quicꝗ de pre
miſſis ſiue in groſſo ſiue in minuto di/
ſtribuant ſiue adminiſtrent quomodoli/
bꝫ vel aſſignent. Cũ illis fructus bene/
ficiorũ ſuorũ merito ſubtrahantur qui/
bus eccleſiaſtica commoda denegantur.
Alioqn in adminiſtratores et diſtribu/
tores predictos in premiſſis contrariũ
facientes ſex dierum monitione premiſ
ſa excommunicationis ſententiam feri/
mus in his ſcriptis. Volumꝰ etiam ꝙ
nomina rebelliũ preſenti noſtro manda
to nobis intra menſem poſtꝗ vobis de
huiuſmodi rebellione apparuerit pu/
blicũ per inceſſuꝫ fideliter referatis. vt
contra eoſdem ꝓut eorum proteruitas
exegerit per alia iuris remedia artius
procedere valeamꝰ. Porro vos etiam
omnes et ſinguli ſupdicti premiſſis ino
bedientes et rebelles. lapſo dicto noſtre
monitionis termino tanꝗ excõmunica
tos eta cõmuniõe hominũ excluſos ne/
quaꝗ ad diuina officia admittatis nec
cũ ipis interſitis eiſdem ſed eos in acti
bus legitimis ac in omni humanitatis
ſolatio penitꝰ euitetis. ſicut penas a iu
re ſtatutas ſup his incurrere formida
tis vt ſic rubore confuſi a premiſſis ab
ſtinere et ad gremiũ eccleſie matris ſue
redire et a dictis ſententijs abſolutiõis
beneficiũ querere compellantur. Quaꝝ
abſolutionem nobis et officiali noſtro
dũtaxat preſentibus reſeruamꝰ. ipi offi/
ciali noſtro eoſdem abſoluẽdi. niſi prius
exacta ab ipis et preſtita iuratoria cau/
tione ꝙ mandatis eccleſie parere debe/
ant humiliter. et poſtꝗ talem cautionẽ
preſtiterint eis iniungat in virtute hu/
iuſmodi iuramenti. ꝙ de cetero ab his
propter que has inciderunt ſententias
abſtinebunt poteſtatem omnimodã ad/
imentes. Per premiſſa aũt nolumꝰ. nec
intentionis eſt nr̃e iuriſdictioni veſtre
decanoꝝ quã vobis in correctione pre/
dictorum exceſſuum quomodolibꝫ vẽ/
dicare poteſtis in aliq̃ derogari ſeu tuaꝫ
ſubdecani. Cui propter hoc ꝙ decanus
eccleſie noſtre Colonienſ hactenus nõ
fecit nec adhuc facit in ipa. eccleſia nr̃a
reſidentiam perſonaleꝫ in premiſſis au/
ctoritate noſtra exequendis dedimus
poteſtatem ad alia que tibi non compe/
tunt prorogari. Sed hincinde iuriſdicti
onem vr̃aꝫ. nec plus auctam nec dimi/
nutam ſed in ſuo ſtatu ſaluã manere ꝓ/
uidemus ſicut ante. penis etiam et ſen/
tententijs alijs a iure communi prede/
ceſſorum noſtroruꝫ ſtatutis atꝗ noſtris
preceptis aut mandatis contra et in p̃/
fatos abuſores prolatis et expreſſis in
ſuo robore nihilominus duraturis. In
ſup vobis vniuerſis et ſingulis chriſtia
nitatum decanis per noſtras ciuitatem
et dioceſim conſtitutis ſub pena excom
municationis late ſententie quã in vos
et veſtrum quemlibꝫ ſex dierum moni/
tione premiſſa in his ſcriptis ferimus
ſi preſenti noſtro mandato non parueri
tis diſtricte precipiendo mandamꝰ. qua/
tenus poſtꝗ vobis aliquem paſtorum.
plebanorũ. rectorurũ. ſeu vicariorũ ꝑpe
tuorum eccleſiaruꝫ ſeu capellarũ intra
limites veſtrorum decanatuum conſiſtẽ
tium. et ipas eccleſias ſeu capellas quo/
modolibꝫ officiantiũ lapſo dicte noſtre
monitiõis termino excedere in premiſ/
ſis ſeu in aliquo premiſſoruꝫ apparuerit
publicum per inceſſum nobis ex tũc no/
mina iporum excedentium intra menſeꝫ
fideliter referatis. vt deo actore ad gra/
uiora ꝓut intendimus procedamꝰ. Da/
tuꝫ Godenſberch in vigilia beati Mi/
chaelis. Anno domini Milleſimo trecẽ
teſimo triceſimoſeptimo.

### De cinctura et veſtibus clericorum.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſ eccleſie archiepus. ſacri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

imperij ꝑ Italiam archicancellarius.⁊c.
Dilectis ſibi abbatibus. prepoſitis.de/
canis eccleſiarum collegiatarum necnõ
collegijs et conuentib⁹.ac decanis chri/
anitatũ et eoꝝ vices gerentib⁹.⁊c. Aug
nos in ſynodo noſtra proximo p̃terita
inter alia que pro reformatione ſtatus
clericalis tam in habitu q̃ꝫ tonſura in
quodam noſtro mandato per nos facto
et inibi publicato. Uniuerſis et ſingu/
lis prioribus.prelatis et clericis nr̃arũ
ciuitatis et dioceſ cuiuſcunqꝫ ordinis
ſtatus aut conditionis exiſterent. dum/
modo pro clericis ſe gererent inhibui/
mus eiſdem.cuꝫ facti experientia infor
mati didiciſſemus propter geſtationem
cingulorum deſuꝑ in artitudine et bre/
uitate veſtium.et alijs habituꝫ et inceſ/
ſum clericalem multipliciter deforman
tibus ipos in abuſus varios incidiſſe.
quos veriſiliter proſpeximus ex prohi/
bitione cinguli poſſe facilius aboleri.
Ne vſqꝫ cincti deſuꝑ comparerent niſi
in caſibus quibuſdaꝫ exceptis ſub ſen/
tentia excommunicationis late ſenten/
tie ſine qua alias nihil nos proficere pu
tabamus.alijſqꝫ grauib⁹ penis in eodeꝫ
mãdato noſtro prolatis et expreſſis du/
ximus inhibendum. Uerum quia non/
nulli eccleſie noſtre canonici ſe ꝑſonali
ter noſtro conſpectui preſentantes no
bis pro ſe et alijs ſuis cõcanõicl. de cete
ro in decenti eos habitu et tonſura de/
bita patente incedere promiſerunt. vt
cincturis ſimplicibus deſuper vti vale
rent ſine alijs abuſionibus in dicto man
dato nr̃o prohibitis.qꝙ ſententiam ex
communicationis in eodem mandato
noſtro latã cuꝫ inde poſſent grauia etiã
animaruꝫ pericula prouenire et nõ ſo/
luꝫ culpabiles ſed inſontes et alios in/
nocentes ꝑ eam poſſet cõtingere laque/
ari. Saluis tamen alijs penis in dicto
mandato.et in alijs noſtris et predeceſ/
ſorum noſtrorum ſtatutis preceptis et
mandatis expreſſis et prolatis tollere
dignaremur inſtantius ſupplicantes.
Unde nos cum capitulo et prioribus
noſtris deliberatione prehabita diligen
ti qui nobiſcum quo ad correctionem
ſuorum ſubditorum quo ad alias abuſi/
ones in dictis mandato ſtatutis et pre/
ceptis expreſſas et prohibitas ſm for/
mam et modum eorundem vellent in
antea diligentius inſurgere ipaqꝫ man
data precepta et ſtatuta in omni ſui for/
ma alias obſeruare dicto periculo atten
dentes et precipue ꝙ nõ modicum iam
in reformatione habitus et tonſure cle
ricali ſtatui congruenti profecim⁹. imo
multum.dictam excommunicatiõis ſen
tentiã in ſingulis ſuis clauſulis in dicto
mandato expreſſam et prolataꝫ preſenti
bus tollimus et penitus amouemus.
Eiſdẽ prioribus.prelatis et clericis nr̃e
ciuitatis et dioceſ vniuerſis et ſingulis
vt cincti ſupius cingulis tñ ſimplicibus
ſine teſtis ⁊ cultellis dũmodo his cingu
lis dum religioneꝫ deferunt non vtanẽ
neqꝫ propter hoc magis ſtrictas et bre/
ues veſtes deferant.ſed alias in habitu
cõpetenter longo et lato. In tonſura/
qꝫ in loco debito ſita patente et ſuo or/
dini cõgruente publico ſe conſpectui ex
hibeãt nec alias abuſiones in eodẽ mã/
dato noſtro prohibitas cõmitant incede
re valeant vſqꝫ ad craſtinum dominice
Innocauit proxime aduẽture. interim
experiri volẽtes an ex ceſſatione cauſe
prohibitionis dictorum cinguloruꝫ nos
ad hoc mouentis.quod nobis ꝓmiſſum
eſt vt prefertur ſubeat in effectu. et vt
eos decet in habitu et cĩctura aſſueſcãt
in publico comparere. preſentibus in/
dulgentes. Sic tamen ꝙ ſi quiſqꝫ ꝑ pu/
blicum inceſſum dicti mandati noſtri.
In alijs abuſionibus inuentus fuerit
violator. ex tunc ſibi per ꝑſonas ad hoc
in dicto noſtro mãdato deputatas fru/
ctus redditus diſtributiones quecunqꝫ
ſui beneficij vel beneficioruꝫ ſi plura ob
tinet auferantur et penitus denegẽtur

et alias fiat ꝓut in eodem noſtro man/
dato continetur. Ita etiam ꝙ ſi qui eiſ/
dem fructibus redditibus diſtributio/
nibus obuentionibus ſeu receptioni eo
rundem ſe ingeſſerint ſeu quicꝙ etiam
a volente recipiant de eiſdem. ex tunc
ſententiam excommunicationis quaꝫ in
his ſcriptis in eoſdem ferimus preter
etiam eas ſententas quas auctoritate
priorum noſtrorum ſtatutorum ſiue mā
datorum propter hoc incidere dinoſcū/
tur incurrant ipō facto. Quarum abſo/
lutionem nobis et officiali noſtro ſm
formam tamen alias ſibi indultam pre/
ſentibus reſeruamus. Intimantes nihi
lominus eiſdem noſtris prioribus pre/
latis et clericis. ꝙ niſi a predictis abuſi/
onibus ſtudeant effectualiter abſtinere.
nos ad dictā excōmunicationis ſenten/
tiam. priuationem ſuoruꝫ beneficiorum
et alia grauiora ꝓut expedire videbit̄
procedemus. Per premiſſa aūt intenti/
onis nr̄e nō exiſtit eos teneri ꝙ abſolu/
tis qui contra predictū noſtrū mādatū
faciendo iam in excōmunicationis ſen/
tentiaꝫ inciderūt. donec abſolutionem
earum ſententiaruꝫ quas ante reuocati
onem nr̄am preſenteꝫ inciderūt oſten/
derint cōpetētes. Datū vt ſup̄. ꝛc.

De nō habentibus beneficia ad ordi/
nes nō promouēdis. Et de clericis niſi
prius receperit ab examinatoribus ap/
probationeꝫ ſup̄ debitis tonſuratiōe et
etate ſiliter nō promouendis.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſ eccleſie archiepus. ſacri
imperij ꝑ Italiā archicācellari/
us. ꝛc. Dilectis ſibi abbatibus. prepoſitis.
decanis. paſtoribus plebanis. ꝛc. Cū ſub
vetuſte cōſuetudinis velamine qua taꝫ
regulares ꝙꝫ ſeculares collegiate eccle/
ſie ꝑ noſtras ciuitateꝫ et dioceſiꝫ conſti/
tute illos in ſuis eccleſijs beneficiatos
clericos quos ex tranſacta vita per ho/
neſta mutue conuerſatiōis exempla ad
ſacrorum ſuſceptioneꝫ ordinum ꝓut in
ſuis eccleſijs diuini cultus miniſteriuꝫ
exigebat idoneos reputarūt nobis aut
vice nr̄a ordīes celebrāti ꝓ ſuſcipiēdis
ordinib⁹ ad titulum ſuarum eccleſiaruꝫ
citra aliam examinationeꝫ et ſcrutiniuꝫ
vt hoc ſuis dimiſſuꝫ ē cōſcientijs hacte
nus preſentarunt cōplures ad preſenta
tionem eccleſiarum huiuſmodi de quoꝝ
vita et conuerſatione ipis aliqualit̄ nō
conſtabat titulos nō habentes. imo qḋ
peius eſt ꝑ pactiones et renunciationes
prehabitas ſpe habēdi ab ipis eccleſijs
tituluꝫ penitus deſtitutos intercedēn/
tibus quorundā precibus importunis.
quibus ꝓut frequenter nō concedenda
conceduntur ipē eccleſie aliquotiens re
inſtantes. Ad hoc contra conſcientias
proprias inducunt̄ ex experientia nō ſo
lum ad ſacros ordines ſed ad ſacerdoti
um didicimus iam promotos. qui tandē
ducti penuria in omnipotētis dei offen/
ſaꝫ ꝛ in ſui ordinis periculū venale ſuū
officiū viſi ſunt exponere et hoſtiatim
querendo victum in totius cleri obpro
brium publice mēdicare Cupiētes huic
morbo ex officij nr̄i debito cōpetētē ad/
hibere medelā. Vobis diſtricte ſub in/
terminatiōe eterne maledictiōis et ſicut
illeſam vultis ꝑfatā cōſuetudinē obſer/
uari. meretur enī ſuū amittere vſuꝫ cō/
ſuetudo cū trahit̄ in abuſuꝫ. Pn̄tibus
inhibem⁹ ne quēpiā niſi actu in vr̄is ec
cleſijs obtinētē bn̄ficiū ad titulū earū/
dem pro ſuſcipiendis ſacris ordinibus
nobis aut cui hoc cōmittēdū duxerim⁹
de cetero pn̄tetis nec quiſpiā ad eas ꝓ/
curet ſe a vobis vbi actu nō obtinet bn̄
ficiū pn̄tari. niſi ſup̄ eo a nob̄ ꝑ patētes
noſtras lr̄as obtinuerit ſpecialē licenti/
am ꝛ conſenſum et ſe prius noſtris exa/
minatoribus cum ipis litteris anteꝙꝫ
procedat ad ordines repreſentent. et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam lr̃arum huiuſmodi q̄ de vita ſcien/
tia moribus et etate et alijs que in hu/
iuſmodi ſcrutinio fuerint indaganda ap
probationem obtineat ab eiſdem. Qui
vero contra premiſſa ad titulum alicu/
ius eccleſiarum veſtrarum de cetero ad
aliquem ſacrum ordinem procurauerit
promoueri. canonica monitione premiſ/
ſa ſententiam excommunicationis quaȝ
in his ſcriptis ex nunc ꝑut ex tunc feri
mus huiuſmodi preſumptorem incurre
re volumus ip̄o facto. Inſuꝑ cum non/
nullos in eccleſijs veſtris etiam actu be
neficiatos qui pretextu prefate conſue/
tudinis citra examinationem aliquā ad
locum vbi celebrantur ordines proceſſe
rūt. ex eo q̄ minus erant congrue ton/
ſurati ab ip̄o loco in conſpectu omniuȝ
nō ſine magno ſcandalo amoueri. et ad
ſacros ſuſcipiendos tūc ordines inuene
rimus et non immerito refutari. Nos
malo huiuſmodi anteq̄ ad lucem ſic ſcā
daloſe prodeat ſubuenire fore ſalubrius
attendentes. Vobis vniuerſis et ſingu
lis noſtrarum ciuitatis et dioceſ. clericl.
diſtricte precipiendo mandamus. quate/
nus non obſtante prefata conſuetudine
anteq̄ vos ad ſacros ſuſcipiendos ordi
nes preparetis et ad locum vbi confe/
runtur ordines reponatis perſonas ve
ſtras examinatorib' noſtris qui pro tem
pore fuerint preſentetis approbationeȝ
ſaltem ab ip̄is ſuper tonſuratione et eta
te debitis recepturi In quo ſi comperti
fueritis negligentes non ſoluȝ vos vo
lumus et mandamus publice refutari
ſed et nos contra vos iuxta qualitatem
facti artius procedemus. Datum Bru/
le Anno domini Milleſimo trecēteſimo
triceſimooctauo. ſabbato poſt feſtum be
ati Mathie apoſtoli.

Contra queſtores elemoſynarum. et
diuerſos abuſus ⁊ temerarias preſum/
ptiones eorundem.

Walramus dei gratia ſancte Co/
lonienſ. eccleſie archiepiſcopus
ſacri imperij per Italiaȝ archi/
cancellarius. ꝛc. Dilectis ſibi abbatibus
prepoſitis decanis plebanis. et eorum
vices gerentibus. ꝛc. Morbo qui in nr̃a
dioceſi cōmunis irrepſit q̄ nōnulli ele/
moſynaruȝ queſtores ſe fore alios men/
tiuntur et vt pauperum ſubſtantias rapi
ant et aurum ſubtili. imo potius fallaci
ingenio extorqueant ad alia q̄ eis com/
petant ſue extendunt limites poteſtatl.
Suꝑ votis quidem de facto diſpenſant
a piurijs homicidijs et peccatis alijs ſi/
bi confitentes abſoluūt. male ablata in/
certa data ſibi aliqua pecunie quantita/
te remittunt tertiam aut quartam ꝑtem
de penitentijs iniunctis relaxant. Ani/
mas tres vel plures parentum aut ami
corum illorum qui elemoſynas eis con/
ferunt de purgatorio mendaciter extra
hunt et ad gaudia paradyſi perducunt
et alias cōplures abuſiones cōmittunt
Nonnulli etiam ſe confingunt habere
poteſtatem per litteras apoſtolicas q̄s
non habent. et ſi habent. eis vt premit/
titur abutuntur et per eas anteq̄ ip̄e
littere per nos examinate fuerint ⁊ ſint
admiſſe. Cupientes mederi remedio a
ſede apoſtolica iam prouiſo. Vobis cō
ſtitutionem per felicē recorda. dominū
Clementem papam quintū. contra hu/
iuſmodi abuſores editam in cōcilio vi/
ennen̄ in preſenti noſtra ſynodo duxim'
publicandam. cuius tenor de verbo ad
verbum dinoſcit. eſſe talis. Abuſionib'
quas nōnulli elemoſynarum queſtores
in ſuis proponunt predicationibus vt
ſimplices decipiant et auruȝ ſubtili vel
fallaci potius ingenio extorqueant ab
eiſdem cum in aīarum cedant periculuȝ
et ſcandalum plurimorum. viaȝ ꝑut eſt
in nobis ꝑcludere cupiētes iur̄ ſtatutū
cōcilij generalis duxim' ꝓhibendū di/
ſtricte. ne queſtores aliq̄ niſi ap̄licas vel
dioceſani epiſcopi litteras exhibuerint

quomodolibꝫ admittātur nec ꝑmittāt.
cum ſoluꝫ ipis cōpetat indulgētias ſibi
conceſſas inſinuare populo ⁊ charitati/
ua poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eo/
deꝫ. nullatenus chriſti populo predicare
vel aliquid exponere q̄ꝫ qđ in lr̄is cōti/
nebitur ſupdictis. lr̄as quocꝫ apoſtoli/
cas dioceſani epi ne quid fraudis cōmit
ti valeat per eaſdeꝫ anteq̄ꝫ admittantur
queſtores examinent diligenter ad hoc
cuꝫ aliqui ex huiuſmodi queſtoribus ſi/
cut ad nr̄aꝫ audientiaꝫ eſt ꝑlatuꝫ. non
ſine multa temeritatis audacia et dece/
ptione multiplici animaruꝫ indulgen/
tias populo motu ſuo proprio de facto
concedant. ſuper votis diſpenſent. a ꝑ/
iurijs homicidijs et peccatis alijs ſibi
confitentes abſoluāt. male ablata incer/
ta data ſibi aliqua pecunie quātitate re
mittant. Tertiaꝫ aut quartam partem
de penitentijs iniunctis relaxent. ani/
mas tres vel plures parentuꝫ vel ami/
corum illorum qui elemoſynas eis con/
ferunt de purgatorijs vt aſſerunt men/
daciter extrahant et ad gaudium parai/
dyſi perducant. benefactoribus iſtorum
quorum queſtores exiſtunt remiſſioneꝫ
plenariam peccatorum indulgeant. et
aliqui ex ipis eos a pena et a culpa vt
coruꝫ verbis vtamur abſoluant. Nos
abuſus huiuſmodi per quos cenſura vi
leſcit eccleſiaſtica et clauium eccleſie au/
ctoritas deducitur in contemptum om/
nimode aboleri volentes. ea per quoſ/
cuncꝫ queſtores fieri vel attentari de
cetero diſtrictius inhibemus. Omnia et
ſingula priuilegia ſi qua ſuper premiſſis
vel eorum aliquo ſint ab aliquibus lo/
cis ordinibus vel perſonis queſtorum
huiuſmodi quomodocuncꝫ conceſſa. ne
eorum pretextu ſit eis materia talia vl/
terius preſumendi auctoritate apoſto/
lica q̄tum ad premiſſa penitus reuocā/
tes. Queſtores autem qui deinceps in
premiſſis vel aliquo premiſſorum deli/
querint. vel alias etiam quibuſcuncꝫ ꝑ/
uilegijs ſuis abuſi fuerint ſic per loco/
rum epiſcopos puniri volumus nullo
prorſus eiſdem queſtoribus in hac par/
te priuilegio ſuffragante ꝙ a ſuis teme/
rarijs auſibus qui vbicꝫ vt communis
habet aſſertio nimium exercuerunt pe/
ne formidine propenſius compeſcantur
Huiuſmodi igitur auctoritate conſtitu/
tionis. vobis vniuerſis et ſingulis abba
tibus prioribus prelatis et clericis ſub
pena ſuſpenſiōis a diuinis quā in vos ⁊
veſtrum quemlibꝫ huiuſmodi noſtri mā
dati tranſgreſſorem monitione tamen
canonica premiſſa in his ſcriptis ferimꝰ
diſtrictius inhibentes Ne aliquos ele/
moſynarum queſtores etiaꝫ antea ad/
miſſos per vos quacuncꝫ auctoritate
fungantur etiamſi litteras apoſtolicas
ſuper eo ſe habere aſſerant et oſtendant
niſi vobis lr̄as noſtras patentes exhi/
buerit quibus vobis appareat ꝙ per ex
aminationem noſtram diligentem ipas
litteras apoſtolicas tales inuenerimus
ꝙ earum pretextu ſint merito admitten
di. nec et tunc per vos ad alia admittā/
tur q̄ꝫ que expreſſe in his examinatis
per nos litteris continentur. Queſto/
res autem qui in antea ſuam vltra q̄ꝫ in
ipoꝝ litteris exprimitur extenderint
poteſtatem vel qui in premiſſis vel a/
liquo premiſſoruꝫ deliquerint per vos
eo ipo volumus et mandamus ad com
petentes dieꝫ ⁊ horā coram officiali no
ſtro cui in hoc cōmittimus vices nr̄as
nō obſtante quocuncꝫ exemptionis pri
uilegio citari penam pro meritis rece/
pturos. Et diem et horam citationis ve
ſtre per litteras veſtras patentes ſigil/
lo veſtro vel alio auctentico ſigillatas
vel per alia legitima documenta predi/
cto noſtro officiali q̄ntocius poteritis
ante citationis terminū intimari. Datū
Brule. Anno domini Milleſimo trecen/
teſimo triceſimooctauo. ſabbato poſt fe/
ſtum beati Mathie apoſtoli.

**De tabellionibus ad exercendū offi/
ciū tabellionatus non admittendis.
niſi primitus per dominū officialem ex/
aminatis et admiſſis.**

Walramus dei gratia.ꝛc. Dilectis
ſibi abbatibus.ꝛc. Q̄m̄ morbū ꝑ
noſtras ciuitatē et dioceſim ge/
neralē cōpluribus nr̄is damnoſuꝫ ſub/
iectis et periculoſum reipublice cogno
uim⁹ ex facti euidētia irrepſiſſe. quo dū
paſſim hi qui ſe ad dictas nr̄as ciuitatē
et dioceſim trāſtulerūt vel in eiſdē dege
runt ad tabellionat⁹ exercendū officiuꝫ
ſe ſenſerūt admitti, cōplures nulla legi/
tīa poteſtate fulcitos. vtpote qui ab il/
lis.quorū aliqui ſuā creandi ptātem.q̄ꝫ/
uis tn̄ aſſeruerint et aſſerant ab imꝑiali
crimīe ꝓceſſiſſe.de facto ſolū abſqꝫ vllo
aut cū min⁹ ſufficiente ſibi titulo vſur/
parūt.quidā etiam eorum penitus ſunt
ignoti ſic ꝙ eoꝝ poteſtas cū nec oſtendi
nec famari poſſit potius cōficta preſumi
tur a creatis q̄ꝫ vſqꝫ reruꝫ exiſtere in na
tura aſſerunt ſe creatos vel qui ſue cre
ationis oſtendūt vel oſtendere poſſunt
nullā penitus poteſtateꝫ. quoſdā etiam
taꝫ grāmatice q̄ꝫ cōtractuū ignaros aut
infames ꝑiuros et īfideles aliaſqꝫ leues
ꝑſonas hmōi didicim⁹ officiū vſurpaſ/
ſe.ꝓpter quod contra iuramentuꝫ qꝺ in
creatione tabellionum preſtari conſue/
uit ſuꝑ contractib⁹ vſurarijs et alijs ꝑ
vim et fraudē conuentis necnō alijs fa
ctis extra iudicialib⁹ vbi ipi cōficiētes
rogati nō fuerīt imo qꝺ periculoſi⁹ nec
pn̄tes.ad voluntatem hoc petentium ꝑ
falſitatis cōmētum quedan etiā ſi ex ſui
forma falſa et cum falſis datis et indictio
nibus nōnulla incerta et defectuoſa ex
corruptione grāmatice cōplura confici
vidimus publica inſtrumenta quibus
multi nr̄i ſubiecti etiā innocēter.ſtatus
et honoris et bonorum ſuorum pericu
lum ſubierunt. Nos igitur tam genera
lem peſtem et mortiferam magis omni
bus venenoſam.per quam ſine defenſio
ne in ſe innocens potenter ſuccumbit ꝛ
ſibi latenter conſcius potenter aſcēdit.
de noſtris terminis extirpare radicitus
quo poſſumus conamine cupientes.om
nibus et ſingulis cuiuſcunqꝫ conditio
nis aut ſtatus fuerint.eis tamē exceptꝭ.
qui ab imperiali auctoritate ſine medio
proceſſerunt qui in noſtra ciuitate ꝛ dio
ceſi in antea tabellionatus officium vo
luerint exercere preſentibus inhibem⁹
ne huiuſmodi officium in iudicialibus
vel extraiudicialib⁹ factis quoquo mo/
do exerceant clam vel palam niſi prius
ad officialis nr̄i pro tempore exiſtentis
ſe preſentiam cōtulerint cui in his ple/
nam et ſpecialem preſentibus tribuim⁹
poteſtatem.et ꝑ eum cuius auctoritate
hoc officium exercendi ſibi poſſe ven/
dicent et de alijs que fuerint indagan/
da repti admiſſibiles ꝛ idonei ad huiuſ/
modi exercitium in eiſdem licentialiter
admittantur. Quorum nomina olim ab
ipo officiali noſtro volumus regiſtrari
Alioquin in omnes et ſingulos contra
rium facientes ſex dierum monitione p̄/
miſſa excōmunicationis ſententiam fe/
rimus in his ſcriptis. et nihilominus in
ſtrumentis ꝑ ipos confectis nullā fideꝫ
per preſens noſtrum ſtatutum volum⁹
ac decernimus adhiberi. Inhibentes
etiam vobis omnibus ꝛ ſingulis ſub pe
na ſuſpenſionis a diuinis quam in ipo
facto incurrere volumus contrariū fa/
cientes.ne aliquis veſtrum quarumcū/
qꝫ commiſſionis litterarū pretextu quē/
q̄ꝫ in tabellioneꝫ creet niſi prius ipm̄ in
his q̄ de iure tabellio ſcire dꝫ examiaue
rit diligēt et ꝑ examiationē ſolertē cō/
ueniēt idoneū reppērit ad ipꝫ officiū ex
ercendū ꝛ etiā iuramētū p̄ſtiterit in ipa
creatiōe preſtari debitū ꝛ cōſuetū. Da/
tū ꝛ actū de capituli nr̄i cōſilio et ꝯſen/
ſu. Anno dn̄i. M.ccc.xxxviij. in craſtio
beati Michaelis archangeli.

De annis gratie vltra trienniū nō ex/
tendendis. Et ꝙ obſeruetur cōſtitutio
Suſcepti regiminis.ꝑ Jo.xxij.edita.

Alramus dei gratia.ꝛc. Dilect.
ſibi abbatibꝰ.ꝛc. Om̄i maloꝝ ra/
dix ceca cupiditas cecitatis ſibi
nomē ꝓpriū adoptauit. q̄ dū ſuo ardore
auēdo diffundit nec in ſe nec in alijs vi
det qđ indiget recte iudicio ratiōis ſed
ſolū ambit. quo ſuo appetitui q̄uis inſa
tiabili ſatiſfiat. Ex hac āt ſitienti radi/
ce ꝑ ſolertē indagationeꝫ In viſitatiōe
nōnullaꝝ eccleſiarū nr̄aꝝ ciuitatis et di
oceſ tā ꝑ nos q̄ꝫ ꝑ nr̄os in hac pte com
miſſarios nuꝑ facta cognouimus ꝓceſ/
ſiſſe ꝙ fructꝰ bn̄ficioꝝ vacātiū in eiſdeꝫ
ad certos ānos de cōſuetudine vel ſta/
tuto cōpetentes eccleſie vel defuncto.
ipis ſic totalit̄ applicant̄ ꝙ in locū defū/
cti eiſdeꝫ ānis durātibꝰ nullꝰ ſubſtituit̄
q̄ ſeruiat eccleſie in diuinis ꝓpter quod
ipe eccleſie debito miniſtroꝝ obſeq̄o p̄/
ſertim vt ſepius cōtingit pluriū bn̄ficio
ruꝫ vacatiōibꝰ currētibꝰ.nō abſq̄ꝫ gran
di cultus detrimēto diuini et fūdatores
locoꝝ ſuis votis et pie inſtitutionis ꝓ
poſito defraudant̄.in tātū etiā a quibuſ/
dā eccleſijs in nūero ānorū excedit̄ ꝙ q̄
hmōi bn̄ficia canonice obtinēt et ad q̄s
alias fructus ipoꝝ de iure ptinere debe
rent ſpem abijciūt hmōi fructus conſe/
quendi.et cōtra clericalis ſtatus decen/
tiā ncitate cogente vrgent̄ ſe negocijs
ſecularibus īmiſcere.et in foro q̄s potiꝰ
decēt in vinea dn̄i cōuerſari. Quedam
etiā eccleſie nō cōtente in ſuis exceſſibꝰ
in p̄miſſis abuſum adijciūt. quo coinci/
dentibus eiuſdē beneficij añq̄ꝫ ipm ob/
tinēs fructus ꝑcipiat ex eodē pluribus
vacatiōibus ex vltima vacatiōe ſibi cō
pletū ānoꝝ nūerū deberi hactenꝰ obſer/
uarūt.licꝫ etiā de prime vacationis tpe
vno dūtaxat die excepto oīm ānoꝝ cur/
ricula effluxiſſent.ꝓpter q̄ expimēto di/
dicimus vnū et idē bn̄ficiū ſuo miniſte/
rio in talibus eccleſijs decē vel octo an/
nis et amplius deſtitutū. Iteꝫ nōnulle
eccleſie de facto obſeruāt licꝫ nulla ſuꝑ
eo ſcripta cōſuetudine vel alia cā rōna
bili tueant̄ ꝙ vbi via ꝑmutationis ali/
q̄s ad eoꝝ trāſferat̄ eccleſiā ſibi ꝑ bien/
niuꝫ fructus cedere debeāt ſic tranſlati.
etiā ſi beneficiū ad qđ trāſfert̄ ſubiaceat
expectātijs añdictis. qđ et vtiq̄ꝫ in nr̄e
auctis ꝑ quā plene et libere vnꝰ tranſla
toꝝ in locū trāſfert̄ alterꝰ p̄iudiciū. Im
mo diuini cultꝰ detrimentū et p̄ ꝑmuta/
tionis negociū.cū hoc agat̄ vt q̄ trāſfer
tur ibi ſe valeat vtilꝰ exercere dinoſcit̄
redundare. Inſuꝑ ipas eccleſias in ob/
ſeruatione inſtitutionis Suſcepti regi/
minis.ꝑ fe.re. Jo.papā.xxij.edite qui p̄/
miſſis in pte ſalubriter duxerat ꝓuiden
duꝫ nō ſolū deſides. ſed eādē q̄ꝫplimum
q̄buſdā cōfictis colorībꝰ exceſſiſſe inue/
nimꝰ.eo ꝙ aſſerūt ſe hēe cōſuetudinē in
dicta cōſtitutiōe vtiq̄ꝫ reprobatā.ꝑ quā
receptos ad bn̄ficia ipiꝰ eccleſie poſt iu
ramentū ab eiſdē preſtitū de ſuis cōſue/
tudinibus obſeruādis.ac iuramēto hu/
iuſmodi aſtringāt̄ ad nō vtendū.imo re
nūciādū ipi cōſtitutiōi. licꝫ et hoc ipm
nō teneat.ſimplices alliciūt et inducunt
volētibꝰ etiaꝫ ea vti ita graues ſe red/
dūt ꝙ a ſuo conamine indirecte cogunt̄
penitus abſtinere. Et his ſuis abuſioni/
bus vt valeāt q̄etius īmorari et ſic fru/
ctus dictis ānis cedētes ſuis cōdiuiſiōi
bus q̄s capitulares attitulāt vſurpare.
quos diuites ⁊ chr̄i patrimonio dilata/
tos ꝓ luxuriatiōe victꝰ ſub colore ꝙ ec
cleſiaꝝ vtilitatibꝰ reſeruēt̄.q̄ a ꝓuētibꝰ
cōmunibꝰ ⁊ illoꝝ q̄ plus ab eccleſia re/
ceperūt.deberēt potius procurari. ſuis
p̄uatis vſibꝰ īburſaē.⁊ ſic in eis pauꝑes
defraudare.q̄ aliq̄ ꝓ eccleſiaſtico ſtipen/
dio ⁊ clericali titulo acq̄rēdis ſe ipos et
animauerūt patrie ſue ſunt exules ⁊ de
diuitibꝰ facti pauꝑes quotidie exꝑimur
eoꝝ obſeruātijs aſcribūt et cōſuetudibꝰ
licꝫ nulla p̄ſcriptiōe iuuēt̄ ꝙ fructꝰ ſuoꝝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bn̄ficioꝝ dictꝰ tp̄e expectātes licꝫ alias ſint habiles ad capitulū et capitulares tractatꝰ ipiꝰ. nec vocari debeāt nec ad/ mitti ad q̄ rōne canonie etſi nullaꝫ actu p̄bēdā inibi obtinerēt. de iure deberent alias euocari. Nos igit̄ ex ſuſcepti cura regiminis de agro nobis cōmiſſo dictaꝝ abuſionū tribulos. ne ſuis plātatiōibus īualeāt. et ex tp̄e licere credat̄ qđ ē rōne ꝓhibitū extirpare funditꝰ ſitiētes. Uobis diſtricte p̄cipimꝰ et mādamꝰ. q̄tenꝰ dictā cōſtitutionem Suſcepti in oī ſui forma diligētiꝰ obſeruetis ⁊ oī ſtudio caueatis ne pēas cōtētas et expreſſas in eadē tā formidabiles īcurratis. Prohibemꝰ etiā ne aliq̄d ꝑ vos vel aliū. clā vl̓ palā directe vel indirecte q̄uis ad h̄ q̄ſito colore ad renūciādū ipiꝰ ꝯſtōnis bn̄/ ficio. vl̓ nō vtēdū eadē īducatis. vel induci quōlibꝫ ꝓcuretis. ſed volenteꝫ ea vti quēlibꝫ libere ſine offendiculo ꝑmittatis. nec ꝓp̄t hoc eidem graues in aliq̄ vos reddatis. Alioqn ī oēs et ſingulos ꝯriū faciētes vl̓ fieri ꝓcurātes ſex dieꝝ monitiōe p̄miſſa excōicatiōis ſniaꝫ ferimus in his ſcriptis. Itē ꝙ cauſas rōnabiles ceſſaē repimꝰ. imo vt p̄fert̄ ꝟgere in abuſuꝫ ꝙ tot ānis ſicut aliq̄ eccl̄ie ſibi ꝓpetere ꝓtēdūt bn̄ficiati bn̄ficioꝝ ſuoꝝ fructꝰ debeāt expectare. Nos ī hac p̄te alias eccleſias ad vniformitateꝫ cū nr̄a eccleſia cathedrali et nōnullis alijs ec/ cleſijs q̄ ſuis antiq̄s obſeruātijs nitunt̄ ſic vt nec expectātibꝰ nimis graue. nec ipis eccleſijs nec defūctis nimiū p̄iudi/ ciale reddat̄ reducere volumꝰ. Statuētes vt nulla eccleſia nr̄aꝝ citatis et dioceſ̄ ſibi et defuncto vltra triēniū fructꝰ bn̄ficioꝝ ipiꝰ eccleſie vacātiū vl̓ ī antea vacaturoꝝ etiāſi durātibus expectātijs vacēt pluries ſucceſſiue de cetero vēdicent vel vſurpēt. Sꝫ vlteriouibꝰ expe/ ctātijs et biennij. qđ tā ceſſante cā rōnabili q̄ꝫ ꝯſuetudīe legitīe p̄ſcripta. de fcō ſolū ſibi q̄dā eccleſie. factis ꝑmutatiōibꝰ vēdicarūt penitꝰ abrogatis. Eccleſie q̄ nō paucioribus gaudent annis pro ſe ⁊ defunctis triennio ſint cōtente. Sic ꝙ vbi defunctꝰ minꝰ nō hꝫ biēnio et eccleſia minꝰ āno. ipe defūctꝰ biēnio ⁊ eccleſia gaudeat ſolo āno. Si ꝟo minꝰ tūc q̄libꝫ ſuis vtat̄ obſeruātijs. Sic tn̄ ꝙ triēnij curricula in dictis expectātijs nō trāſcēdant̄. dicto āt durāte triennio ī locū de/ functi ne eccleſia debito miſtroꝝ obſeq̄o defraudet̄ in caſu vbi obtinēs bn̄ficiuꝫ dicta cōſtōne Suſcepti nō vteretur ſua ſpōte de fructibꝰ ipiꝰ bn̄ficij miniſter ad debitū eccleſie ſuitiū īpēdēdū idoneꝰ ordiet̄. Uolumꝰ etiā ꝙ interiꝫ obtinēs bn̄ficiū dūmō alias ſit habilis vocē ha/ beat in caplo et ſicut aliꝰ vocē hn̄s ad/ mittat̄ ad capl̓m et vocet̄. ſibi q̄ꝫ q̄tidiāe diſtributiōes vt alijs ſi diuinis affuērit tri/ buāt̄. Que nō ſolū ad bn̄ficia vacatura. ſꝫ et q̄ vacarūt antea. q̄ꝝ tn̄ expectantie adhuc pēdēt vt ſil̓ iūcti āni p̄teriti ⁊ fu/ turi ſub triennio limitēt̄ et poſtq̄ꝫ lapſū fuerit triēniū vel ſi iā lapſuꝫ eſt triēniū oīno expectātie ſint extincte extēdi vo/ lumꝰ ⁊ mādamꝰ. nō obſtātibꝰ ꝯrijs ꝯſuetudinibꝰ indulgentijs vel ſtatutis nr̄is vel p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ vel ipaꝝ eccleſiarū q̄cūq̄ꝫ nr̄a vel p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ cōfirma/ tiōe vallatis. q̄s et q̄ ꝙ cauſe eoꝝ ceſſāt et ea ꝟgere in abuſuꝫ vt p̄dicit̄ cogno/ uimꝰ viribꝰ ꝑ p̄n̄tes penitꝰ vacuamus. Datū Brule. Anno dn̄i. M.ccc.xxxviij. in craſtino beati Michaelis.

Caſſat̄ cōſuetudo. q̄ maiorē p̄bendā ad/ optās. ſi illa ab eo poſtmodū euincat̄. debeat minori p̄benda quā p̄us obtinebat eſſe priuatus.

Walramꝰ dei gr̄a. ꝛc. Uniuerſo clero nr̄oꝝ citatis et dioceſ̄. ſalutē in dn̄o ſempiternā. Cū ī q̄buſdā nr̄e dioceſ̄ collegiatis eccleſijs in q̄bus nōnulle minores et quedā maiores p̄bē de exiſtē dinoſcūt̄ et ad maiores ꝑ ipas minores gradatī aſcēſus ꝯſueuit habe/ ri. ſic ꝙ ſenior in gradu minores obtinē/



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium prebendas maiorē p̄bendā vacan/
tez adoptare pt ſm cōſuetudinē ibi ha/
ctenꝰ obſeruatā. dicatq̃ cōſuetudine ob
ſeruari ꝙ eo ip̄o ꝙ minorē obtinēs pre/
bendā maiorē adoptat p̄bēdā. quā ſibi ⁊
nulli alij cōpetere opinaẜ etiā ſi in hoc
errorē ducaẜ ꝓbabili et ip̄a p̄bēda maior
ab eo tāq̃ ſibi nō cōpetēs ſn̄ialiẜ euica/
tur licz nūq̃ ip̄az maiorē p̄bendā poſſe/
derit vel occupauerit vel fructus ex ea
recepit ip̄a minor p̄benda ſua q̃uis nec
re nec ṽbo dimiſſa fuerit vacare cēſeẜ
et tāq̃ vacās alij cōferri pt ip̄o adoptā
te ad eā nullo tp̄e regredi valituro ꝓ/
pter hoc a multis didicimꝰ in dubiū re/
uocari an p̄miſſa dato etiā ꝙ ſint cōſue/
tudine introducta cū potiꝰ ꝯ̄ria rōni q̃
cōſona videanẜ. de iure poſſint et debe
ant ꝑ cōſuetudine obſeruari. Nos igiẜ
ꝙ ex hoc dubio plures ꝯplexitates inẜ
bn̄ficiatos ibidē etiā ineuitabiles expe/
rimēto cognouimus eueniſſe et cōplura
p̄uidemꝰ poſſe niſi occurraẜ ſcādala ꝓue
nire. vt de cetero tollaẜ oīs ābiguitas ⁊
ſedeẜ opinio in p̄miſſis. p̄fatā ꝯſuetudi/
nē tāq̃ nulla rōne fulcitā nō fuiſſe nec
eſſe obſeruādā p̄n̄tibꝰ declaramꝰ. Man/
dātes ip̄is eccleſijs vt eādē de ſuis ob/
ſeruātijs ſtudeāt abolere. Datū Brule.
Anno dn̄i. M.ccc.xxxviij. in vigilia be/
ati Michaelis archāgeli.

De expectatiōe triennij vltra qđ āni gratie ſe non extendant.

Walramꝰ dei grā. ꝛc. Dilectis in
chr̄o. ꝛc. Nuꝑ ſitiētes diuini cul
tuz noīs nr̄is tp̄ibꝰ augmentari
et ea q̄ in detrimētū ip̄iꝰ a nōnullis ec/
cleſijs nr̄e dioceẜ abuſiue obſeruata fue
runt. tāq̃ rōne carētia extirpari. ſuꝑ ob/
ſeruatiōe cōſtitutiōis Suſcepti regimi
nis ꝑ fe. re. dn̄z Jo. papā. xxij. circa quā
aliq̄ ex ip̄is q̄ſitis ad hoc circūuētiōibꝰ
dum fructus ſuoꝝ bn̄ficioꝝ expectātes
ei renūciare vel nō vti opponēdo com/
minādo. vel ſe eiſdem graues reddēdo
aut blandiendo induxerunt q̃plurimū
excedebāt. nō ꝑmittētes aliquem libere
ea vti. necnō reſtrictiōe ānoꝝ expectā/
tiaꝝ cōpetētiū eccleſie et defūcto. vt q̄/
tienſcūq̃ eis durātibꝰ vacet idē bn̄fici/
um ſucceſſiue ip̄e triennīū nō trāſcēdāt
q̄ nihilominꝰ durāte ſi bn̄ficiatꝰ ſua ſpō
te dicta ꝯſtitutiōe nō vterer̄ miniſter ſb/
ſtituaẜ idoneꝰ. q̄ eccleſie ſeruiat in dīnis
ip̄e etiā bn̄ficiatꝰ ſi alias ſit habilis vo/
cē in ſuo habeat capitulo et nō ſolū ve/
niēs admittaẜ. ſed etiā ſicut alius aduo
ceẜ ſibiq̃ vt alij q̄tidiane diſtributiōes
ſi dīnis adfuerit tribuāẜ. mādatū nr̄z in
ꝑte videlz. ſuꝑ dicte cōſtitutiōis tranſ/
greſſe pena vallatū ne ſubditis nr̄is dū
eā ſic circūuenire putarēt laqueus pate
ret emiſimꝰ et in proxīo p̄terita nr̄a ſy/
nodo fecimꝰ ſolēniẜ publicari. Verū q̄
tādē experientia certa didicimꝰ ꝙ non/
nulli dictoꝝ exceſſuū ſola ꝓhibitiōe ſua
audacia nō cōtenti. Immo etiā in ſn̄ias
dicte cōſtitutiōis et nr̄as q̃plurimū for
midabiles incidē nō timētes dictū man
datū nr̄m ludibrioẜ nō ſolū ṽbis cōtē/
nūt ſed et eo et dicta cōſtitutiōe vti vo
lētibꝰ realiẜ ſe opponūt cōfingūt et aſſe
rūt eos ꝑ hoc nimirū incurrē eo ꝙ ꝯ̄riū
dicti mādati nr̄i aſcribūt ſuis obſeruan/
tijs ⁊ ſtatutis q̄ ſe obſeruaturos tp̄e ſui
introitꝰ more ſolito iurauerūt. Quidam
etiā eis ꝙ an̄ p̄fatū mādatū dicta ꝯſtōne
renūciauerit obijciūt. defectū tn̄ coꝝ in
dīnis ſupplere negligūt. imo nolūt et vt
ip̄m mādatū circūueniāt et defraudent
ip̄is dīnis inteſſētibꝰ diſtributiōes mi/
nuūt. q̄s tūc inẜ ſe poſtea in q̄ntitate di/
ſtribui cōſueta alibi ꝑtiunẜ. Nos igiẜ cō
ueniēs reputātes. vt q̄s exceſſuū ꝓhibi
tio et dei timor a malo nō reuocat. ſaltē
cohibeat ſeueritas eccleſiaſtice diſcipli/
ne. Vobis oībus et ſingulis diſtricte p̄
cipimꝰ et mādamꝰ. q̄tenꝰ dictū nr̄m mā
datū qđ nos p̄n̄tibꝰ īnouamꝰ in oīi ſui
forma et ſingulis ſuis capitulis nō ob/
ſtātibus iuramentis predictis et renū/

ciationibus ante ip̄m factis. q̄s ꝓpter de
trimētū diuino cultui inde veriſilit̄ ſecu/
tuꝝ decernim⁹ nō valē ſine fraude aliq̄
firmit̄ obſeruetis. Alioq̄n ꝯtriū faciētes
vel fieri ꝓcurātes directe vel indirecte
clā vel palā q̄uis ad hoc q̄ſito coloꝛ̄ ſex
dieꝝ monitiōe p̄miſſa a t̄pe publicatio/
nis p̄ntis nr̄i mādati excōicatiōis ſn̄iaꝫ
quā in his ſcriptis ex nūc ꝓut ex tūc in
ipos ferim⁹ incurrere volum⁹ ip̄o facto
Denūciam⁹ īſup et p̄ vos denūciari mā
dam⁹ excōicatos eos oēs et ſingulos q̄
ꝯſtōne Suſcepti. p̄dcā ꝯ̄ ꝓhibitionē dci
mādati nr̄i poſtea ſunt abuſi. Volentes
ipos a vobis de q̄b⁹ ꝯſtiterit in iudicia
lib⁹ et extraiudicialib⁹ p̄ſerti in diuinis offi/
cijs euitari. Datū āno dn̄i. M.ccc.xxxix

De fraternitate ſancti petri ⁊ de eius interpretatione.

Walram⁹ dei gr̄a. ꝛc. Dilectis in
chr̄o. abbatib⁹. p̄orıbus. p̄poſitis
archidiaconis. decanis. ꝛc. Et ſi
promotio tā magnifici op̄is fabrice ec/
cleſie Colon̄ p̄cipue nobis q̄ ſpeciali vī/
culo illi iūgimur ex chr̄ifidelib⁹ cunctis
debeat in pietatis viſcerib⁹ inſiſtē. De/
cet tn̄ ⁊ eſt debitū vt vigeat diſcretio ſic
q̄d illud nō effugiat iudiciū rōnis ne dū
hmōi fabricā ꝓmouiſſe putemur ſuccre
ſcat diſpēdiū aut alia illicita cōpēſatio
ꝓ fauore hmōi incōueniētijs admixta.
Dudū ſiquidē nōnulli p̄deceſſores nr̄i
et nos ip̄e ad ꝓmouēdū felicē ꝯſūmatio
nē ſtructure dicte fabrice multū lauda/
bilē ⁊ nō modicū ſumptuoſaꝫ corda ge
rentes ardētia indulgem⁹ ⁊ cōcedimus
vt vtriuſq̄ ſexus hoīes q̄ fraternitateꝫ
eiuſdē eccleſie nr̄e receperint et pēſionē
ānuā ꝓmiſſaꝫ et exinde debitaꝫ deuote
ꝯſoluerit. Si auctē ſtatutoꝝ eccl̄ie nr̄e
ꝓuincialiū aut ſynodaliū vel nr̄a ordina
ria q̄cūq̄ vel officialis nr̄i vel archidia
conoꝝ nr̄oꝝ vel decanoꝝ aut alioꝝ quo
rūcūq̄ nr̄e iuriſdictiōis eccleſie fuerint
int̄dicte Ipoſq̄ fratres ſeu coꝝ liberos
infirmari vel mori cōtigerit dūmō non
fuerint vſurarij manifeſti vel excōicati
aut interdicti inungant̄. Et ſi deceſſerīt
corpa defunctoꝝ tradāt̄ eccleſiaſtice ſe/
pulture q̄bus exequijs et miſſis fideles
chr̄iani poterūt int̄eſſe ſi voluerint non
obſtāte hmōi interdicto. q̄d interdictuꝫ
ſeu q̄ interdicta q̄ ad vnctionē et ad ip̄ꝫ
diē ſepulture et exequiaꝝ duxim⁹ rela/
xandū nō q̄ ad alia. Int̄dictis tn̄ hmōi
lapſis dieb⁹ exequiaꝝ p̄dictaꝝ in ſuo ro/
bore vlteri⁹ duraturis. Et poſtmodum
ad ambicioſaꝫ et importunā q̄ꝛūdā inſtā
tiā p̄ quā multotiēs nō ꝯcedēda ꝯcedū
tur p̄miſſis indulgētijs nr̄aꝫ declaratio
nē ſubiunxim⁹. Videlꝫ q̄ etiā hi qui ad
curſuꝫ vite ſue pēſionē annuā nō darēt
ſed cū potuerint largiunt̄ ⁊ aſcribi faci/
unt ad fraternitatē p̄dictā q̄ a die largi
tionis et oblatiōis vſq̄ ad ānū gaudere
debent oībus et ſingulis libertatib⁹ p̄i/
uilegijs et gratijs fabrice ſup̄dicte. ſic tn̄
q̄ ſi āno reuoluto hoc nō facerēt ab hu
iuſmodi libertatis gr̄a forēt excluſi. ni/
hilominꝰ tn̄ q̄cūq̄ poſtmodū t̄pe aſcribi
poſſent et gaudere libertatib⁹ an̄dictis
Verū q̄ experientia didicim⁹ q̄ p̄ de/
clarationē nr̄aꝫ hmōi ſibi q̄dā ꝯ̄ tn̄ intē
tionē nr̄aꝫ quādā occaſionē q̄uis fatuā
aſſumpſerūt qua ip̄i et nōnulli et infir/
mi qui dū eſſent ſani de hoc minime cu/
rauerunt pro ſola gloria humana et vi/
uoruꝫ ſolatio exequiaꝝ poſt mortem ſo
lennia affectātes ſe ad dictam fraternita
tem et priuilegia eiuſdē pro vno dena/
rio vel duob⁹ fecerunt recipi et aſcribi.
